



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Pastorum Continens Doctrinas, & Industrias ad Pastorale
Munus piè, fructuosè, ac securè obeundum pertinentes,
Unà cum Casibus frequentius circa idem Officium
occurrere solitis, & ex communiote ...**

Lohner, Tobias

Dilingæ, 1678

[urn:nbn:de:hbz:466:1-49267](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-49267)





Ch. 28626


J. VII
8.











INSTRUCTIO
PRACTICA
QUARTA
PASTORUM
CONTINENS

Doctrinas, & Industrias ad Pastorale
Munus piè, fructuosè, ac securè
obeundum pertinentes,

Unà cum Casibus frequentius circa idem Offi-
cium occurrere solitis, & ex communiore
Doctorum sensu decis,

AD NEO-PAROCHORUM, ET ALIORUM
*curam Animarum gerentium utilitatem atque sub-
sidium ex selectissimis libris collecta*

à

R. P. TOBIA LOHNER,
SOC. JESÙ SACERDOTE.

*Cum Gratia & Privilegio Sacrae Cas. Majestatis,
Et facultate Superiorum.*

Editio altera correctior.



D I L I N G Æ

Typis & Sumptibus JOANN. CASPARI BENCARD,
Bibliopolæ Academici.
Per JOAN. MICHAËLEM SPÖRLIN.

Anno M. DC. LXXVIII.

REVERENDISSIMO

ET

CELSISSIMO

PRINCIPI ET DOMINO

DOMINO

JOANNI
CHRISTOPHORO

S. R. I.

PRINCIPI,

PRÆPOSITO ET DOMINO

ELVACENSI

DOMINO SVO CLE-

MENTISSIMO.

Miraberis equidem, REVE-
RENDISSIME, & CELSISSIME
PRINCEPS, dum in fron-
te Opusculi hujus Nomen
Tuum illustrissimum grandiusculis ex-
pres-

) 2

pres-

OMNIA EPISTOLA

pressum characteribus intuebere, miraberis, inquam, tam parvum, tamque tenui, simplicique stylo conscriptum libellum, TIBI tam magno, tantaque Sapientiâ, Virtute, Auctoritate, ac dignitate conspicuo Præsuli, ac Principi inscriptum fuisse, ac dedicatum; Sed facile, ut spero, mirari desines, si non tam ad parvitatem, tenuitatémque oblatis muneris, quàm ad præclarissimas tuas, quibus ad tantam audaciam me incitasti, dotes respexeris; cum enim eorum, qui libros à se compositos aliis dedicare solent, morem, consuetudinemque imitatus, emblemata libello huic meo præfigere statuissem, in quo totam, quæ integro in opusculo explicatur, materiam breviter, & succinctè velut in grata Synopsi seu Compendio exhiberem, non aliud sanè aptius eligere emblemata me posse existimabam, quam

DEDICATORIA.

quàm Illustrissimum Nomen Tutum,
utpote quo, quidquid ad verum, omni-
busque numeris absolutum Pastorem
requiritur, copiosè, dilucidèque velut
in gratissimo Compendio expressum
advertebam. Si enim tres præcipuè
virtutes ad perfectum Pastorem in ipso
libelli huius decursu requisiturus sum,
magnam scilicet (id est, ad omnes Mu-
neris sui functiones ritè, feliciterque
obeundas sufficientem) Scientiam,
majorem Prudentiam, maximam San-
ctitatem, has ipsas sanè tam sublimi in
gradu à TE obtentas intelligebam, ut
meritò TE in exemplum Pastoribus
omnibus proponere, illàque ad Moy-
sen olim à DEO prolata verba: *Aspi-
ce, & fac secundum exemplar, quod
tibi monstratum est; subscribere me
posse judicarem.*

X 3

Et

Et Scientiam quidem Tuam, quod attinet, non magnam duntaxat & sufficientem, sed eximiam prorsus, & abundantem à Te indefessa assiduitate, alacritatèque planè singulari fuisse comparatam, testabuntur mecum omnes, quotquot Te vel mansuetioribus olim literis addiscendis felicissimè vacantem; vel sublimiorum Disciplinarum, & Scientiarum placita doctissimè propugnantem; vel variis diversarum Nationum idiomatis promptissimè loquentem; vel de omnigena materia sapientissimè discurrentem audiverunt.

Nec minùs raram Tuam Prudentiam deprædicabunt ij omnes, quibus actiones Tuas prudentissimas curiosè observare licuit. Mirabantur sanè jam olim illi, qui maturam Tuam in ipsa Adolescentia Indolem conspicien-

tes,

DEDICATORIA.

tes, non vana offerendorum olim TIBI
honorum, dignitatúmque omina con-
cipiebant: Mirabantur & ij, qui TIBI
Canonicatús duplicis, Augustani sci-
licet, & Elvacensis titulo ornatum,
adeò ob prudentissima Tua facinora,
sapiéntissimáque consilia suspexerunt,
ut gemini inprimis Decanatús hono-
re, officióque exornârint; & ad ipsam
subinde Præposituræ, Principatúsque
Imperialis amplissimam dignitatem
exaltârint. Mirantur denique & nunc
Universi, qui ipsas jam commissi Prin-
cipatús habenas tractantem, usque a-
deò prudenter, sapientérque, quâ Fa-
miliam domesticam, quâ totam Eccle-
siam & ditionem Elvacensem regere, &
administrare conspiciunt, ut meritò il-
lud Salomonis vaticinium: *Salus, ubi
multa consilia*: in TIBI impletum iri
confidentes, certò sibi salutem polli-
cean-

EPISTOLA

ceantur, quam tot, tamque sapientibus, salutaribusque à Te consiliis tam sollicitè procurari advertunt.

Sanctitatem verò ac Virtutes Tuas dignis coloribus depingere, laudibusque commeritis celebrare si vellem, quis calamus, quæ lingua, quæve eloquentia sufficeret? Possem equidem ardentissimum Tuum in perfectione Præsulibus propria consecranda studium Pastoribus universis in exemplum proponere, ut vel Tuo exemplo discerent, non in propriam minus, quàm alienam salutem ordinatâ charitate incumbere. Possem insignem Tuum in divina gloria promovenda, Ovisque Tibi commissis custodiendis, & protegendis Zelum, & industriam commemorare, ut vel Tuo fervore frigidus nonnullorum languor ad similem curam, vigilantiamque accen-

DEDICATORIA.

cenderetur. Possem & arctissimam
tuam, Pastoribusque universis summè
necessariam cum DEO familiaritatem
deprædicare, quâ majorem matutini
temporis partem velut alter Moyfes
cum DEO, sive per Sacrificia, precés-
que placando, & honorando, sive de
gravissimis Muneris tui negotiis con-
sulendo insumere consuevisti, ut vel
hinc etiam discerent Animarum Cura-
tores, se tantò ampliorem in aliena salu-
te procuranda fructum facturos, quan-
tò arctiùs se Christo velut frugiferæ vi-
ti per orationis studium essent con-
juncturi. Possem, inquam, & has, &
plures alias solidissimas Tuas virtutes
longo Catalogo recensere, atque ad
earundem pulcherrimam imitationem
Pastores efficaciter incitare, nisi & sin-
gularis Tua Modestia, animique de-
missio, (quæ Solis instar splendore suo
X 5 omni-

EPISTOLA

omnium reliquorum astrorum, id est
virtutum Tuarum fulgorem obscurat)
obstaret, & aliunde didicissem, nec
Vinum vendibile hederâ; nec ea,
quæ palam in luce exposita prostant,
Præconis operâ, laudibusque indi-
gere.

Patere ergo, REVERENDISSIME, &
CELISSIME PRINCEPS, ut CELSITUDI-
NEM TUAM velut absolutissimam Pasto-
ris optimi Ideam in fronte libelli huius,
pulcherrimi, amœnissimique emble-
matis loco præfigam. Patere, ut,
quam idem libellus lucem, pretium-
que ex merito suo sperare non potest,
à Tua Illustrissima dignitate, autho-
ritatèque mutuetur. Patere, ut,
quod ex ipsis libelli verbis (per
quæ, teste Seneca, longum ad per-
suadendum iter est) Pastoris opti-
mi officium Neo-Parochi, aliisque
Ani-

DEDICATORIA.

Animarum Curatores addiscere satis non poterunt, per Virtutum Tuarum selectissimarum pulcherrima exempla, velut breviorē, efficaciorēque viam addiscant, & imitentur. Patere denique, hoc qualicumque opusculo Observantiæ erga Te meæ tenuē testimonium exhiberi, atque ut in aliorum Clientum, Famulorumque Tuorum acceptandis muneribus, serviisque laudabilissimè facere consuevisti, non tam ipsam obsequii præstiti materiam, tenuitatēque, quàm sincerissimum offerentis affectum attende.

Ego interea, ut DEUS ter Optimus Maximus REVERENDISSIMAM CELSITUDINEM TUAM in suam majorem gloriam, totiúsque Reipublicæ Christianæ, & Ecclesiæ præcipuè Elvacensis Ornamentum juxta ac emolu-

EPIST. DEDICAT.

molumentum, meumque, ac totius
Societatis solatium, ac praesidium,
quam diutissime salvam, ac incolu-
mem servare dignetur, ex animo vo-
veo, precorque. Dilingæ 12. Calend.
Julii. 1676.

REVERENDISSIMÆ
CELSITUDINIS TUÆ

Infirmus in Christo Servus

TOBIAS LOHNIA
Soc. JESU.



P R Æ F A T I O

A D

N E O - P A R O C H O S ,

Alióſque ſimiles

A N I M A R U M

C U R A T O R E S .

*Admodum Reverendi, & doctiſſimi
Domini Paſtores.*

DUM ſingularem Vocationis Ve-
ſtræ excellentiam , Muneris-
que vobis commiſſi arduitatē , &
quæ ex utroque hoc capite oritur ,
graviffimam rationis olim reddendæ obligatio-
nem accuratiùs mecum non ſemel perpende-
bam , ſemper equidem exiſtimavi , nihil magis
vobis optandum , ac laborandum eſſe , quàm ut
ſolidam quandam in functionibus veſtris tam
arduſ praxin , & dexteritatem acquireretis.
Quem quidem in finem variæ Inſtructiones ,
& Manualia à Viris doctrinâ , experienciâ , ac
Zelo animarum clariffimis ſunt compoſita , pu-
blicóque

P R Æ F A T I O.

blicóque prælo commissa. Qualia præter varias antiquorum aliquorum Doctorum Instructiones, inprimis inter Recentiorum Autorum monumenta censerè potest insignis ille Reverendissimi D. Augustini Barboæ tractatus de Officio, & potestate Parochi. Deinde Sacerdos Christianus seu egregia illa, utilissimáque ad vitam Sacerdotalem piè instituendam Manuductio à Zelosissimo Sorbonæ Doctore M. Ludovico Abelles composita, & olim quidem Coloniae, nunc verò etiam ante annos non multos Monachij iterum impressa. Præterea nunquam satis laudandum Manuale P. Caroli Musarti, qui ex Societate nostra multis annis Theologiam moralem cum singulari laude & fructu professus est, & quidquid longo usu ac experienciâ ad Pastorales functiones fructuosè obeundas maximè salutare esse cognoverat, in hoc Manuali veluti brevi Compendio, ordinatissimâ Methodo, & insigni soliditate explicavit. Præterea Epinomia Parochorum ab Adm. R. P. Ferdinando Hauckio Barnabita tertiò recognita, & Anno 1666. Monachij recusa. Item Manuale Parochorum ab Adm. R. P. Ludovico Engel, Ordinis S. Benedicti, ac Juris Canonici in Academia Salsburgensi celebri Professore tertiâ quoque vice

P R Æ F A T I O.

vice in lucem editum. Ut taceam Ritualia Diœ-
cesana, & alias non paucas, nec breves Intru-
siones, quæ unam sibi tantum Pastoris Eccle-
siastici functionem v. g. concionandi, confes-
siones audiendi &c. explicandam sumpserunt;
sed tamen in plerisque his libris video etiam-
num à vobis aliquid desiderari, videlicet aut
ordinem, brevitatemque pro iuvanda memo-
ria; aut dubiorum quorundam vobis occur-
rentium claram, solidamque resolutionem pro
illustrando intellectu; aut denique efficacia
quædam ex variis principiis deducta argumen-
ta ad voluntatem contra multiplices, quæ in
functionibus vestris occurrere solent, difficul-
tates, ac molestias excitandam, ac roborandam.
Quare ut huic quoque æquissimo vestro desi-
derio satisfacerem, calamum assumpsi, &
quæ ad suprascriptum finem, tum in citatis Au-
thoribus, tum in aliis utilissimis libris de hac
materia tractantibus dispersa reperi, sedulæ
apis more, in hunc libellum transtuli, quo
quidem universas materias ad Munus vestrum
pertinentes, eo ordine ac brevitate comple-
xus sum, ut nihil admodum superfuturum
credam, quod ad functiones vestras piè, fru-
ctuosè, atque securè obeundas desiderare am-
plius possitis. Dividetur autem tota hæc In-
structio

P R Æ F A T I O .

structio in duas partes , quarum prior doctrinas , quæ circa propriam Personam posterior eas , quæ circa alios observantur sunt , explicabit. Valetè , & laborem meum solius divinæ gloriæ augendæ , vestriq; commodi gratiâ susceptum æqui , bonique consilite ; sed & alias plures Instructiones partim jam editas , sed notabili incremento augendas ; partim novas , eodem , si Superis & Superioribus placet , typo , chartâque hîc imprimendas , brevique secuturas expectate.



P A R S P R I M A.

De Doctrinis circa propriam Personam à Pastore observandis.

HÆ universim ad duo capita revocari possunt, nempe ad finem, qui præfixus esse debet Pastori, & ad media, quibus ad eundem finem certius, abundantiusque consequendum uti oportet, quæ quidem utraque sequentibus duobus capitibus explicabuntur.

C A P U T I.

DE FINE PASTORIS.

AD hunc clariùs cognoscendum variæ quæstiones elucidandæ occurrunt, nimirum 1. quid & quotuplex sit Pastor. 2. Quæ qualitates intrinsecæ & extrinsecæ ad eundem requirantur. 3. Quod sit officium illius, & quid potissimum in executione ejusdem sui officij observare debeat, quæ omnes majoris claritatis gratiâ per diversos iterum paragraphos resolventur.

§. I.

De Pastore in genere.

Qu. 1. Quid sit Pastor animarum? R. esse Clericum Beneficiatum curam animarum actualem habentem, in qua definitione pro genere remoto ponitur Clericus, partim ut innuatur, neminem posse esse Pastorem, nisi in SS. Ordinibus constitutum; partim ut significetur, hoc prædicatum Clerici commune ei esse cum aliis Clericis. Pro genere proximo verò Beneficiatus ponitur, per quod distinguitur partim ab aliis Sacerdotibus nullum Beneficium Ecclesiasticum habentibus; partim verò convenit cum ijs, qui actu fruuntur tali Beneficio. Intelligitur autem hoc loco per Beneficium Ecclesiasticum nihil aliud, quàm Jus perpetuum auctoritate Ecclesiæ

Instructio IV.

A

con-

constitutum ad fructus ex bonis Ecclesiæ propter officium ab
quod spirituale percipiendos. Denique pro differentia ponitur
Curam animarum habens; per hanc enim distinguitur
partim à Sacerdotibus simplici officio gaudentibus, id est,
præcisè ad Officia Divina obeunda constitutis, quales sunt
Canonici & Capellani; partim à Sacerdotibus duplici quodam
Officio fruentibus, sed quod præcisè in Eminentia quadam in
Ecclesia, seu loco honoratiore in Choro, Processionibus, Sol-
fragiis ferendis consistit, ut Personatus; vel certè non nisi
simplicem rerum Ecclesiasticarum administrationem habeat,
qualia sunt Officia Custodis, Thesaurarij, Primicerij, Archi-
presbyteri & similia.

Porro, ut hæc ipsa differentia melius intelligatur, nota-
dum est ex Barbofa c. 1. de officio & potestate Parochi num.
47. curam animarum in Beneficiis dupliciter considerari pos-
se; primò latè & improprie, quatenus scilicet nudam potes-
tatem Fori contentiosi in ordine ad mores corrigendos con-
sinet; & sic omne Beneficium habens Jurisdictionem Visitan-
di, Excommunicandi, Absolvendi &c. curam animarum ha-
bere dicitur. Secundò strictè & proprie, quatenus scilicet
curam pœnitentialem in foro animæ, seu obligationem ad
Sacramenta Baptismi, Pœnitentiæ, Eucharistiæ, Extrema
Unctionis, Matrimonij, aliquibus, qui ea ab eo suscipere ve-
nientur, administranda significat. Quæ iterum subdividitur
in habitualem, & actualem: Illa est, quæ apud aliquem in
visione alicujus Beneficij in fieri, sed non in facto reperitur,
eò quòd scilicet executionem potestatis non habeat, vel de-
fectu Tituli spiritualis per unionem accessorie factam ex-
cuseti; vel quia ex privilegio seu consuetudine levatus fuit onere
exercendi actu eam potestatem. Actualis est, quam quis
actu per se in Populum ex necessitate officij, eò quòd scilicet
in parochiali, vel curato beneficio canonicè intitulatus, &
institutus est, gerere tenetur; atque hæc proprie Pastorem
constituit, non autem habitualem, utpote quæ nec incompati-
bilitatem causat, nec personalem residentiam requirit, sed per
modum simplicis Beneficij se habet.

Qu. 2. Quot sint Pastores? R. eos universim in tres clas-
ses dividi posse; Ad primam pertinent Pastores summi seu
Papæ, utpote, qui supremam in omnes inferiores Pastores
pot-

potestatem exercent. Ad secundam pertinent mediati Pastores, nempe Patriarchæ, Archiepiscopi, Episcopi, eorumque Vicarij, tam Generales, quàm Foranei, seu Decani Rurales, utpote, qui & ipsi ordinariam in inferiores Pastores jurisdictionem habent. Ad tertiam denique spectant Parochi, eorumque Vicarij, Coadjutores, & Cooperatores, quibus immediate cura animarum strictè accepta incumbit, de quibus in hac instructione potissimum agetur, atque adeo eorum nomenclaturam & differentiam breviter prius indicare oportet. Itaque.

Qu. 3. *Quid sit Parochus?* R. esse Rectorem principalem Parochiæ. In qua definitione per Rectorem principalem intelligitur is, qui proprio nomine, & non tantum per modum Substituti, aut Cooperatoris Parochiam administrat; per Parochiam autem intelligitur locus Parochi commissus, in quo degit Populus certis finibus limitatus (unde & Paræcia, seu Accolarum conventus interdum vocatur) & certæ alicui Ecclesiæ deputatus, quæ proinde Ecclesia parochialis dicitur, habetque jus administrandi Sacramenta, Baptismi, Pœnitentiæ, Eucharistiæ; Matrimonij, Cæmeterium erigendi, atque in eo defunctos sepeliendi, decimasque & oblationes pro sustentatione Parochi colligendi.

Qu. 4. *Quid sit Vicarius?* R. esse Sacerdotem, qui Beneficio alicui alieno nomine præest; quorum alij perpetui, alij temporales sunt. Perpetui sunt, qui ad præsentationem Patroni, vel Rectoris per Episcopum suum perpetuo titulo instituuntur. Temporales sunt, qui ad beneplacitum Prælatorum vel Rectorum exponuntur, vel deponuntur; unde magnum inter hos duos Vicarios discrimen est, idque triplex potissimum; nam primò Vicarij perpetui, cum sint intitulati, seu auctoritative instituti, nec à Rectore, nec à Successore illius amoveri possunt ab Ecclesia, aut portione sua fraudari, nisi ob crimen, vel aliam justam causam, per sententiam competentis Judicis id fiat; temporales verò Vicarij hoc ipso, quòd titulum non habent, ad nutum amoveri possunt. Secundò, Vicarij perpetui veri Beneficiati sunt, utpote, qui jus reale, ac verum titulum Canonicum Beneficij acquirunt, non quidem directum (hic enim penes Rectorem, cujus vices gerant, manet) sed utilem portionis ex annuis Parochiæ redditibus

sibi assignatæ, ratione cuius verum Beneficium habere censentur, quia in perpetuum non à Rectore principali, sed ab ipso instituyente datur; secus se res cum Vicario temporali habet, utpote, qui curam animarum non suo, sed Rectoris principalis, aut eum constituentis nomine gerit. Tertio, Vicarij perpetui, sicut tenentur ad Onera Parochorum, aliisque obligationes curæ animarum annexas; ita etiam eorundem commodis gaudent, adeoque quoad omnia Rectoribus Parochialibus in jure æquiparantur, quæ tamen Privilegia & Onera minimè Vicarijs temporalibus conveniunt.

Qu. 5. *Quid sit Coadiutor?* R. esse eum, qui Parochus, si ob ægritudinem animi aut corporis factus est inutilis, ac inhabilis ad officium suum exercendum, ab Episcopo datur; et illius nomine plenam Parochiam tam in temporalibus, quam in spiritualibus administrationem suscipiat; unde ipsa Qualitibus & Auctoritate præditus esse debet, quæ ad Parochum requiruntur; tenetur etiam jure communi resident in loco, & potest omni tempore amoveri, cum nullum jus & titulum in Parochia, sed nudum ministerium manuale habeat, imò per mortem naturalem & civilem (id est, Depositionem vel Renunciationem) officio suo privetur, nisi forte in Coadjutorem perpetuum cum futura successione datus sit, quod solus Papa facere potest. Distinguitur autem à Vicario temporali, quòd iste ab ipso Parocho assumi possit, Coadiutor autem ab Episcopo detur, qui potest eum etiam invito Parocho obrudere.

Qu. 6. *Quid sit Cooperator?* R. esse Sacerdotem ab Episcopo pro cura animarum approbatum, cui Parochus, aut alius Curator suam jurisdictionem in foro conscientie delegat, eumque in socium laboris adsciscit. Unde facile patet differentiam inter Cooperatorem, & alios supradictos Sacerdotes, quia illi omnes habent ordinariam jurisdictionem, atque adeo partem saltem suæ Jurisdictionis alteri delegare possunt, non item Cooperator; quia hic, sicut tantum delegatam potestatem habet, audiendi confessiones, assistendi matrimonio, & alijsque actus parochiales exercendi, ita non potest illos vel omnes, vel unicum etiam alteri delegare.

Qu. 7. *An Parochi & Vicarii possint propter necessarium impedimentum sine licentia alium Vicarium sibi constituere?*

R. pr-

De Pastore in Genere.

§
R. primò. Si de Vicariis perpetuis substituendis est sermo, neutrum id posse, quia Titulus Vicariæ ad duos pertinere non potest, & præterea institutio perpetui Vicarij ad Episcopum spectat. R. secundò. Si de temporali Vicario ad breve duntaxat tempus sit sermo, omnino talem ex justa causa ab ijs constitui posse, etiam sine auctoritate & consensu Episcopi, ita, ut ipsi ad breve tempus totum suum officium & administrationem committant; si tamen ultra duos menses abesse cogantur à Parochia, debent licentiam ab Ordinario impetrare, & Vicarium idoneum ab eodem approbatum relinquere; quod etiam facere debent, si præsentem quidem sint in Parochia, sed ob infirmitatem præesse officio personaliter non possint, hocque impedimentum ultra tres menses duraturum credatur.

Qu. 8. *An, sicut ad Vicarium pertinet cura actualis Parochialis Ecclesie quoad forum internum, ita etiam defensio lurium parochialium, que ad forum contentiosum, fabrica, & reparationem spectant, ipsi incumbere censenda sit?* R. negativè, sed hoc ad Rectorem principalem, saltem si majorem partem reddituum percipiat, spectare, cum & ipsa Parochia quoad proprietatem Rectoris principalis esse dicatur; secus sentendum foret, si de ipso jure Vicariatùs retinendo vel recuperando ageretur; tunc enim, sicut quilibet alius Curatus vel Beneficiatus, potest agere pro juribus sui Beneficij, etiam sine mandato principalis Rectoris; imò in tali casu, si uterque agere velit, Vicarius debet præferri Rectori principali, cum, sicut ipse fructus tanquam usufructuarius participat, ita etiam ipsius principaliter intersit, pro jure hoc suo defendendo agere.

§. II.

De Qualitatibus extrinsecis ad Pastorem
requisitis.

Qu. *Quot, & quanam qualitates extrinsecæ ad Pastorem requirantur?* R. tres potissimum requiri, scilicet legitimam vocationem, institutionem, & æstimationem, seu auctoritatem apud suos subditos.

A 3

MEM-

MEMBRUM I.

De Vocatione.

Qu. 1. *Quid sit vocatio?* R. vocationis nomine hoc loco aliud non intelligi, quàm dispositionem providentiæ Divinæ, quæ pro suo beneplacito quosdam homines seligit, & congregat ad opus ministerij Divini, & curam animarum, & illis quoque gratias & qualitates necessarias elargitur, ex qua quidem descriptione tria saluberrima planè corollaria deducere debent Pastores. Primum est, ut, cum teste Concil. Trid. Sess. 23. c. 2. Divina res sit Sacerdotis sancti ministerium, nullus ad id nisi à DEO vocatus se intrudat: nam, ut rectè Christus Joan. 15. ait; *Non vos me elegistis, sed ego elegi vos, & populi vos, ut eatis, & fructum asseratis.* & S. Paulo Hebr. 5. testis, *Nullus sumit sibi honorem, sed qui vocatur à DEO tanquam Aaron.* Certè ob hanc causam S. Augustinus Serm. 98. de temp. Core, Dathan, & Abiron hiatu terræ absorptos ait, ne quis præsumptione superbi spiritûs non sibi datum à DEO Sacerdotij munus invaderet. Secundum est, ut magnificiant vocationem suam, summèque à DEO per illam se honoratos existiment, cum (teste S. Dionysio, de cæl. Hier. c. 3.) *omnium divinorum divinissimum sit, cooperari DEO in salutem animarum*, ideòque per bona (id est, statui, ad quem vocati sunt, convenientia) opera certam suam vocationem & electionem facere studeant. 2. Pet. 1. Tertium est, ut magnam de vocationis gratia spem & fiduciam concipiant, certissimè sibi persuadentes, quòd, qui operatus est in ijs velle, operaturus sit & perficere pro bona voluntate.

Qu. 2. *Ex quibus potissimum indicis colligi possit legitima vocatio?* R. ex tribus præcipuè. Primò, *ex intentione*, quæ quis ad tale officium promoveri petijt, si scilicet non outi confectandj, aut beneficij alicujus captandi occasione, aut honoris, gloriæve intuitu, aut humano aliquo respectu ad se inductus, sed, ut vocanti DEO respondeat, suamque & proximi salutem, gloriàmque Divinam promoveat, tale omnia se suscepisse advertat. Secundò, *ex aptitudine propria*, si scilicet juxta Christi consilium, Luc. c. 14. *sedens computat sumptus ad ædificandam turrim supradictæ perfectionis, & omnino sufficientes ad perficiendum, non suo dantaxat, sed* illorum

De Vocatione Pastoris.

7
illorum etiam, quibus conscientiam suam dirigendam, aut qualitatum suarum mensuram examinandam commisit, iudicio habere advertat. Tertio, ex Divina inspiratione, si scilicet post continuas preces, quibus à DEO manifestationem suæ voluntatis circa statum eligendum humiliter & sincerè petijt, constanter se ad hunc statum impelli, & post accuratum etiam ratiocinium, seu discussionem rationum tam pro assumendo, quàm pro relinquendo hoc statu occurrentium, confirmari se in illa voluntate, vehementiùsque impelli sentiat, atque ad hoc etiam ipsius Confessarij aut Directoris iudicium & approbatio accedat.

Qu. 3. *Quid faciendum sit illi Pastori, qui officio iam suscepto, ad id se non vocatum agnoscit; nec tamen, ut ut velit retrocedere amplius, statumque suum deserere potest?* R. huic quoque tria præstanda esse. Primum est, ut seriò detestetur gravem suam temeritatem, ejusdemque veniam etiam à DEO humiliter petat. Alterum est, ut accuratè inquireat, quis potissimum defectus aut obex dignam susceptionem impedit, & siquidem vitæ sanctitatem non præcessisse advertat, saltem ut sequatur, efficere studeat; si prava intentio fuit, in meliorem commutet; si defectus scientiæ, aut aliarum qualitatum necessariorum obstitit, has acquirere totis viribus studeat, atque ad hunc finem, partim ipse ardentem & continuam orationem adhibeat, partim aliorum etiam, præcipuè Patronorum Cælestium suffragium imploret. Tertium est, ut, si quod ex sua inepritudine periculum invalidæ administrationis sui officij imminere judicat, aut omnino ad tempus à tali administratione abstineat; aut certè non nisi magna cum cautela & diligentia, adhibito etiam aliorum, si fieri potest, consilio & auxilio eam suscipiat.

MEMBRUM II.

De Institutione.

Qu. 1. *Quid sit institutio?* R. per eam hoc loco intelligi concessionem beneficii à legitimo Superiore factam, quæ quidem concessio duplici modo fieri potest. Primò liberè, id est, ut is, qui beneficium concedit, quemvis idoneum pro arbitrio eligere possit, & hæc in Jure Canonico propriè Collatio appellatur. Secundò non liberè, quando scilicet Superior ido-

neum ab alio præsentatum approbare, eique beneficium conferre debet; & hæc strictè sumpta Institutio in eodem jure vocatur, quæ iterum duplici modo fieri potest. Primò, per solam concessionem Tituli, quod fit, quando litteræ confirmationis expediuntur, & traduntur. Secundò, per Investituram, seu actualem & corporalem immisionem in Beneficium, sive verbis tantùm investituram significantibus, & cum traditione rei alicujus, v. g. clavis aut birreti consecratam, sive re ipsâ per actualement introductionem ab Archidiacono, vel alio ejus loco factam.

Qu. 2. *A quo hæc institutio, vel collatio fieri debent?* R. ordinariè eam ab Episcopo, Capitulo, aliisque Prælati eam facultatem habentibus fieri debere; extraordinariè autem, vel ex mandato Legati de Latere, vel Rescripto Pontificis mandantis alicui provisionem de Beneficio fieri; inter quos tantum Collatores hoc discrimen reperitur, quòd Episcopus solus vacantes, non autem vacaturas; Legatus solùm vacaturas, non vacantes; Pontifex utraq; & quidem etiam sub conditione (quod priores duo non possunt) conferre queat, qui tamen ob concordata Germaniæ non nisi alternis mensibus beneficia conferre debet in Germania. In parochialibus verbis Ecclesiis hoc speciale est, quòd quomodocunque alioqui servata sint per Ordinarios, si vacaverint, conferri queant, ipsorum diuturnior vacatio periculum animabus creet, quòd quidem etiam sentiendum, si Parochiæ aliqua vivente quidem Pontifice vacaverint, sed is ante mortem suam nihil de ijs disposuerit, ut in cap. si Apostol. 45. de præb. in 6. dicitur.

Qu. 3. *Qui sint effectus huius institutionis?* R. duos potissimum. Primò, Jus quoddam in re, sive dominium utile ad fructus beneficii percipiendos, quo quidem privari non potest, nisi ob grave delictum id mereatur. Secundò, jurisdictio in foro conscientiæ, non autem in foro externo, unde jure communi & ordinario neque dispensare in legibus, & præceptis Ecclesiasticis (nisi ex consuetudine hoc illi interdum competat) neque in votis aut juramentis, nec excommunicare quemquam, aut aliâ censurâ ferire potest.

M E M B R U M III.

De Auctoritate.

Qu. 1. *Quid sit Auctoritas?* R. esse estimationem, sive opinionem.

opinionem magnam de alterius probitate, diligentia, ac doctrina conceptam; dicitur autem opinio, quia contingere potest, ut interdum quis auctoritatem habeat ad tempus, etiam si dictæ qualitates, vel omnes, vel aliquæ saltem earum à parte rei non reperiantur, si scilicet Parochus quispiam necdum cognitus sit à suis Parochianis; in tali enim casu tamdiu præsumitur bonus, prudens, & doctus, quamdiu contrarium non constat.

Qu. 2. Quare necessaria tantoperè sit hæc auctoritas Parocho? R. ob tres potissimum causas. Primò, ad DEI gloriam, & Ecclesiam amplificandam; hic enim vel maximè Parochis applicari potest illud Christi saluberrimum monitum Matth. 5. *Sic luceat lux vestra (id est, vita & functiones) coram hominibus, ut videant opera vestra bona, & glorificent Patrem vestrum, qui in celis est.* Secundò, ad doctrinam commendandam; nam ut sapienter advertit Petrus Chrysologus s. 167. *Magisterii auctoritas constat ex vita: docenda faciens perficit Auditorem; è contrario verò, cuius vita despicitur, restat, ut etiam predicatio contemnatur, uti S. Bernardus s. 2. de resurr. loquitur; hinc rectè monet S. Laurentius Justinianus s. de conflictu interior. cap. 2. Dabis vocatus vocem virtutis, si, quod suades, prius tibi illud cognoscaris persuasisse: validior operis, quàm oris vox est. fac, ut loqueris.* id, quod S. Gregorius exemplo S. Basilij pulchrè confirmavit, dum de eodem dixit: *Tonitru erat eius oratio, quia vita erat fulgur; unius namque splendor, alterius incendium est.* Tertiò, ad fructum faciendum, & virtutem installandam, id quod Concilium Tridentinum sequentibus verbis indicat: *nihil est, quod alios magis ad pietatem & cultum assiduè instruat, quàm eorum vita & exemplum, qui se Divino ministerio dedicarunt; cum enim à rebus seculi in altiore locum sublatis conspiciuntur, in eos tanquam speculum reliqui oculos conjiciunt, ex iisq; sumunt, quod imitentur; quapropter docet omnes vitam, morésque componere, ut habitu, gestu, incessu, sermone, aliisque omnibus rebus nihil, nisi grave moderatum, ac religionis plenum præferant, levia etiam delicta, quæ in ipsis maxima essent, effugiant, ut eorum actiones cunctis anteferant venerationem; alioqui misera Sacerdotum conversatio sit misera plebis dominica subversio, ut S. Bern. loquitur; rationem verò hujus efficacis pulchrè*

pulchre reddit S. Gregorius in past. p. 2. c. 3. dum ait: *Haec vox libentius auditorum corda penetrat, quam dicentis commendat; quia, quod loquendo imperat, ostendendo adorat, ut fiat.* Quam amplius autem hic fructus sit, more suo eloquenter declarat S. Chrysostomus homil. 13. in Genes. his verbis: *Multò fidelior est, & certior doctrina operum, quam sermonum: nam qui talis est, & silens loqui, & cum non videtur, docere potest, & alios quidem, qui illum vident; alios vero, qui de illo audiunt; & multà fruatur DEI gratià, cum effusus, ut non solum per se, sed & per alios, qui eum vident, Dominus suus glorificetur; talis per mille linguas & ora multas gratias offert DEO.*

Qu. 3. *Quibus mediis comparanda & conservanda sit auctoritas?* R. tribus potissimum. Primò, virtute & sanctitate vitæ: nam, ut rectè S. Bernardus ait: *Virtus mater gloria (& auctoritatis) est; sola enim est, cui gloria iure debetur, & securè impenditur.* Quæ autem sine virtute est gloria, propter quod indebitè venit, prope affectatur, periculosè captatur. Secundò, generoso contemptu rerum mundanarum: nam, ut S. Augustinus Epist. ad Macedonium ait: *Virtus (& ex consequenti etiam auctoritas) est pluris æstimanda est, quò plura contemnit; magna virtutis est cum felicitate luctari; magna felicitatis est, à felicitate non vinci: cuius ratio ulterior est, quia, cum plerique homines mundani summam de honoribus, divitiis, & voluptatibus æstimationem concipiant, & prope impossibile sibi putent, animo ipsidem non adherere, merito velut hominem de cælo lapsum suspiciunt, & venerantur, si quem viderint, generoso animo supradicta contemnerent.* Tertiò, fuga nimie familiaritatis cum Parochianis, & aliis Sæcularibus, quod medium insinuavit Thomas Kemp. l. 1. c. 8. dum dixit: *Quandoque accidit, ut Persona ignota et bona fama luceat, cuius tamen presentia oculos intuentium obsuscet. Putamus aliquando placere ex coniunctione nostra, & incipimus magis displicere ex morum improbitate in nobis considerata.*

§. III.

De Qualitatibus intrinsicis Pastoris.

Qu. 1. *Quot, & quæ qualitates intrinsecæ requirantur ad Pastorem?*

Pastorem? R. tres potissimum, quas rectè nonnemo per gradus assignavit, dum dixit, in Pastore requiri magnam, id est, sufficientem scientiam, majorem prudentiam, & maximam sanctitatem, cujus quidem muneris rationem partim in ipsis Pastoribus ovium materialium reperimus, utpote quos sano corpore, bonis oculis, & rationis usu præditos esse oportet, partim verò ex Capit. Cùm in cunctis. in principio de electione colligitur, ubi dicitur, ut Parochus censeatur idoneus, tria concurrere debere, *ætatis maturitatem* (seu prudentiam, quæ ante annos non venit) *morum gravitatem*, per quam virtus, & vitæ sanctitas intelligitur, & *Scientiam*.

MEMBRUM I.

De Sanctitate.

Qu. 1. In quo consistat Sanctitas? R. I. in genere eam consistere in hoc, quòd quis se ipsum & suos actus omnino DEI servitio consecret; hoc enim Sacerdotis nomen, quod idem significat, ac sacra dos, indicat. R. secundò in specie tria ad eam secundùm S. Thomam 2. 2 qu. 81. art. 1. requiri. Primò, munditia seu innocentia summa, ut dicere possit: *Quis arguet me de peccato?* Secundò, virtutum excellentia: nam, ut Thomas Kemp. l. 4. c. 4. ait: *Sacerdos omnibus virtutibus debet esse ornatus, & aliis bona vita exemplum præbere*; ut, quemadmodum idem Auctor l. 1. c. 19. dicit: *Talis sit interior, qualis videtur hominibus extrinsecus*. Tertiò firmitas atque constantia, quia, ut S. Thom. l. c. ait, per sanctitatem quis applicatur DEO, ut fini ultimo, & primo principio, hujusmodi autem oportet maximè immobilia esse; unde dicebat Apost. Rom. 8. *Certus sum, quòd neque mors, neque vitæ me separabit à charitate DEI*.

Qu. 2. Quare tanta sanctitas requiratur in Parocho? R. ob sequentes causas. Primò, quia dat functionibus illius *authoritatem*, cùm, ut priori §. dictum est, Magisterij auctoritas ex vita constet, hinc & ipsi Ethnici Magistri olim virtutem simulârunt, ut majorem magisterio suo, & doctrinis auctoritatem conciliarent. Secundò, quia dat *efficaciam* juxta illud Christi Jo. 15. *Qui in me manet, & Ego in eo, hic fert fructum multum*, E contrario, si linguis hominum loquatur & Angelorum, charitatem autem non habeat, erit velut æs fonans,

sonans, & cymbalum tinniens, teste S. Paulo, 2. Cor. 12. ut alij ajunt, tormentum explosum globo carens; imò non tantum non prodest sine sanctitate, sed etiam nocet, ut advertit S. Chrysoft. homil. 38. ad populum dicens: *si non habueris opera, tantum loquens, non profecisti, sed et potius lassus melius est tacere. Quare opus? opus mihi reddis impossibile. Cogito namque, quòd, si tu tanta differens non efficias, multo magis ego veniam dignus sum.* Tertiò, quia dat securitatem: dicitur enim à triplici periculo, quod curam animarum gerentibus imminet, scilicet, ne vana gloria efferantur ob felices successus; ne imbuantur moribus & vanitate sæculari; & ne frangantur difficultatibus, & ab incepto resiliant.

Qu. 3. *Quibus mediis uti debeat Parochus ad dictam sanctitatem comparandam?* R. sequentibus præcipuè. Primò, frequenti usu Sacramentorum, & accurata transactione exercitiorum spiritualium; nam, ut rectè dixit S. Augustinus, *rectè novit vivere, qui rectè novit orare.* Secundò, generosè & constanti mortificatione suarum cupiditatum: nam, ut notum S. Augustinus ait, *augmentum Charitatis (& consequenter etiam sanctitatis) est imminutio cupiditatis;* tantum certè in sanctitate proficiet Parochus, quantum sibi vim in hac materia intulerit. Quidni ergo dicat cum Seneca: *ad manum sum genitus (imò rectius vocatus) quam ut mancipium sum mei corporis, & cupiditatum.* Tertiò, frequenti inspectione & renovatione sui ipsius; nam secundum propositum nostris cursus profectus nostri, ut rectè dixit Thomas Kemp, l. 2. c. 19. & ut S. Gregorius l. 22. mor. c. 2. dixit, *animus nostrum dum igne amoris excoquitur, semper in se servat (& auget) Charitatem pulchritudinis quotidiana innovatione servat;* nescit enim mens per torporem veterascere, qua studet per desiderium semper inchoare.

MEMBRUM II.

De Prudentia.

Qu. 1. *In quo Prudentia Parochi consistat?* R. in hoc, ut aptissima quæque ad finem sibi propositum media eligat, iisque sedulo utatur. Unde tria sunt hujus prudentiæ officia, scilicet bene consultare, bene judicare seu eligere, bene imperare, seu exequi.

Qu. 2. *Qua Regula in consultatione sint observanda?* R. sequentes. Prima Salomonis Eccl. 32. *Fili mi, sine consilio nihil facias, & post factum non poenitebis.* Secunda Thomæ Kemp. l. 3. c. 38. *In qualibet causa intra cum Moysse in tabernaculum, & audies Divinum responsum, & redibis instructus de multis presentibus & futuris.* Propterea namque Iosue, & filii Israël à Gabaonitis leguntur decepti, quia os Domini prius non interrogaverunt, sed nimium creduli dulcibus Sermonibus falsâ pietate delusi sunt. Tertia ab Ecclesiastico c. 6. data: *Multi sint tibi pacifici, & consiliarius sit tibi unus de mille,* scilicet vel ipse Superior tanquam interpret voluntatis Divinæ, vel, si hic haberi non potest, alius vir pius, prudens, & doctus.

Qu. 3. *Qua Regula pro Electione observanda sint?* R. item tres. Prima, quod alteri in presenti negotio suaderes, ipse prior arripe; quia charitas à se ipso incipit, cum quis sit sibi proximus: ita S. Ignatius in Regulis Electionis tuavit. Secunda, *fac modò, & elige, qua quondam facta fuisse velis;* præcipue si morti & iudicio propinquus fores. Ita DEVS ipse Deut. 32. docuit, dum optavit: *Vtinam saperent, & intelligerent, ac novissima providerent.* Tertia, *semper præferendum est, quod ad finem certius & abundantius consequendum iuvat;* hoc autem, ut cognoscatur, rationes pro utraque parte examinandæ sunt, & pro qua efficaciores stabunt, ea demum arripienda est; cæteris autem paribus præferenda sunt commoda majora minoribus, universalia singularibus, duratura pereuntibus, certa incertis, secunda periculosis.

Qu. 4. *Qua Regula pro Imperio sint observanda?* R. sequentes. Prima est: *periculose differtur, quod semel eligitur;* quia occasio calva est, & quovis serpente magis lubrica. Felicitas consiliorum in velocitate executionis posita est. Secunda, *Qui observat ventum, non seminat,* id est, qui nimium hominibus cupit placere, aut displicere reformidat, nunquam consilia prudenter concepra exequetur. Prima virtus prudentis est, hominum de se iudicia spernere. Si vis beatus esse, inquebat nonnemo, hoc primum cogita, æternorum intuitu contemnere, & contemni. Tertia: *magnarum rerum, etsi successus non fuerit, honestus est ipse conatus;* nec honestus tantum, sed etiam meritorius, quia coronat DEVS
voluntatem

voluntatem, ubi non invenit facultatem, teste Sancto Augustino.

Qu. 5. Quare Parochus specialiter prudentia acquirenda studere debeat? R. ob has potissimum causas. Primò, ob summam necessitatem; quia, cum aliorum dux constitutus sit, & quidem per viam multis erroribus & periculis obnoxiam, bene oculus sit, oportet, viæque, per quam ducendi sunt, apprimè gnarus; alioquin, si cæcus cæcum ducat, ambo in foveam cadunt; hinc & ipse Christus Apostolos curam animarum auspicaturos Matth. 10. monuit: *Estote prudentes sicut serpentes*, id est, semper attendentes, ut caput, seu finis actionum vestrarum integer & illæsus permaneat, & ad illam omnia prudenter dirigantur. Secundò, ob summam utilitatem, quam confert ad omnes functiones fructuosè obsequandas, quod enim oculus corpori, dux viatori, magister discipulo est, hoc prudentia est homini rectè atque utiliter operanti. Hinc meritò Salomon Prov. 3. Beatum dicit hominem, qui affluit prudentia; quia melior est acquiritio ejus negotiatione auri & argenti, primi & purissimi fructus ejus. Tertiò, ob summam dignitatem, quam possessori suo affert; ita Salomon Sap. 2. testatus est, innumerabilem sibi honestatem per manus illius venisse. hinc alibi Prov. 4. beatur: *Posside Sapientiam, acquire Prudentiam, arripe illam, & exaltabit te; glorificaberis ab ea, cum eam fueris amplexatus: dabit capiti tuo augmentum gratiarum, & corona in te proteget te.*

Qu. 6. Quibus mediis hæc prudentia comparanda sit? R. sequentibus præcipuè, quorum primum S. Jacobus offert in hæc verba: *Si quis vestrum indiget Sapientia, postulet à DEO, qui dat omnibus affluenter*; hoc medio usum se ipse Salomon æstatur, dum Sap. 7. ait: *Invocavi, & venit in me Spiritus Sapientia.* Secundum affert idem Salomon Prov. 13. *Qui cum sapientibus graditur, sapiens erit, amicus stultorum similis efficietur.* Tertium est, dictamina quædam prudentiæ bene imprimere memoriæ, & secundum ea sua consilia contempere, actionesque formare, qualia v. g. sequentia esse possunt.

Circa se ipsum.

I. Quid prodest homini, si universum mundum luceat, animæ verò suæ detrimentum patiatur?

II. Tantum proficies, quantum tibi vim intuleris.

III. Tantum virtuti adijcies, quantum ex voluptate detraxeris.

IV. Facillimè bonus eris, si ea vitaveris, quæ vituperaveris.

V. Quid sis, interest, non quid habeas.

VI. Ne erigas oculos tuos ad opes, quas non potes habere, quia facient sibi pennas, quasi aquilæ, & volabunt in cælum.

VII. Oratorem te puta, si tibi ante omnes, quod oportet, persuaseris.

VIII. Vis omnibus esse notus? priùs effice, ut neminem noveris.

IX. Nullum conscium peccatorum tuorum magis timearis, quàm te ipsum; alium enim effugere potes, te nunquam.

X. Magnarum rerum, etsi successus non fuerit, honestus est ipse conatus.

XI. Melior est buccella ficca cum gaudio, quàm domus plena jurgiis.

XII. Melius est parvum bonum cum parvo malo, quàm magnum bonum cum magno malo.

Circa alios.

I. Causam tuam tracta cum amico tuo, & Secretum Extraneo ne reveles.

II. Non quàm multis placeas, sed qualibus, vide.

III. Pacem cum hominibus habebis, cum vitiis bellum.

IV. Alteri semper ignoscito, tibi nunquam.

V. Quod de alienis tractas, ex tuis judica.

VI. Multi sunt obligandi, pauci offendendi; nam memoria Beneficiorum facilis est, injuriarum tenax.

VII. Audisti verbum adversus Proximum tuum? commoriatur in te, fidens, quoniam non te distumpet.

VIII. Quoties aliquid vel scripturus, vel dicturus es, scitatorum tuorum te chirographum aliis exhibere.

IX. Quod tacitum esse velis, nemini dixeris; si tibi non imperasti, quomodo ab alio silentium impetrabis?

X. Cùm

X. Cùm placuerint Domino viæ hominis, etiam iniuriam convertet ad pacem.

XI. Qui corripit hominem, gratiam postea inveniet apud eum magis, quàm ille, qui per blandimenta linguæ decipit.

XII. Quod persuaseris, erit diuturnum; quod coëgeris, in occasione.

MEMBRUM III.

De Scientia.

Qu. 1. *Qualis Scientia Parocho sit necessaria?* R. In genere requiri eam, quæ ad Sacramentorum administrationem, docendum populum, aliâque munia ad officium Parochi spectantia ritè obeunda est necessaria. In specie verò triplicem potissimum requiri, nempe Scientiam Cæremonialem, Theologicam, & Asceticam, de quibus paulò post seorsum agetur.

Qu. 2. *Quare Scientias has habere debeat Parochus?* R. ob triplicem causam. Primò, propter necessitatem; quia modò Conciones habendæ ad Populum, modò fides rudibus explicanda, in adultioribus firmanda, contra hæreticos popugnanda; modò vitia extirpanda, & virtutes inserenda sunt, quæ omnia non vulgarem Eruditionem desiderant, quâ, qui carent, meritò tremendam illam DEI sententiam Ose. 4. timere debent: *Tu Scientiam repulisti, & ego replam te, ne Sacerdotio fungaris mihi.* Secundò, propter securitatem, propriæ scilicet & alienæ salutis; ut enim, qui in periculo, magnique momenti itinere Ductoris officium suscipit, non se tantum, sed etiam alios in gravissimum periculum aberrandi, & damnorum inde sequentium conjicit, si prius non bene indagare, & nôsse studuit; securus verò, lætùsque incedit, si exactam illius notitiam habeat; ita simili modo de Parocho alios ad æternam Patriam ducente discurrendum est; hinc meritò S. Paulus 1. Tim. 4. monuit: *Attendente, tibi & doctrina, insta in illis: hoc enim facies, & ipsum salvum facies, & eos, qui te audiunt.* Tertio, propter facilitatem; ut enim, quò peritior est Artifex, tantò citius & faciliùs laborem in opere conficiendo susceptum peragit; ita meritò quoque Parochus tantò majorem in functionibus suis obeundis facilitatem experietur, quantò perfectior

doctrinarum ad eas ritè peragendas necessariorum scientiam est consecutus.

Qu. 3. *Quibus mediis uti debeat Parochus ad dictam Scientiam acquirendam vel perficiendam?* R. triplicibus potissimum. Primò, *recurſu frequenti ad DEVM per orationem*; per hoc enim medium Salomon Spiritum Sapientiæ, Apostoli Spiritum sanctum, S. Thomas, D. Bonaventura, & alij plures Viri sanctissimi & doctissimi tam copiosum lumen à DEO impetrârunt, ut facti sint, se plus per orationem, quàm privatam laborem profecisse, ut adedò in hac materia, vel maximè locum habere videatur illud Christi effatum: *Si vos, cum sitis mali, nôstis bona dare Filiis vestris, quantò magis Pater vester celestis dabit Spiritum bonum petentibus se?* Luc. 11. Secundò, *Frequenti recurſu ad studium privatam*; neque enim Parochus è scholis liberatus debet Nautis esse similis, qui, cum in portum se appulisse putant, funes solvunt, vela contrahunt, anchoras figunt; sed potius tantò frequentius & constantius studiis se impendere debet, quantò majorem ex illis utilitatem sperare potest, tum ad otium, quod Parochis maximè infestum est, efficaciter fugiendum; tum ad defectum, quem in necessariis scientiis acquirendis, dum scholas frequentabat, vel propter alias occupationes, vel per propriam somnolentiam admisit, seriò compensandum; tum ad eas doctrinas, quas possidet, experientia ad studium accedente, clariùs intelligendas, firmiùsque memoriæ imprimendas. Tertiò, *frequenti recurſu ad Doctores tam mortuos* (id est, libros) *quàm vivos*; hinc rectè monent Sapientes, præcipuam Parochi supellestem, Bibliothecam esse debere; eò quòd Ecclesiasticus sine libris sit quasi miles sine armis, equus sine frænis, navis sine remis, scriptor sine pennis, avis sine alis, sutor sine subulis, faber sine malleo, sartor sine acu, viator sine baculo, ut rectè Thomas Kempensis in Epilogo suorum operum advertit. Ad hos ergo Doctores, sive vivos, sive mortuos tanquam ad Consiliarios, si frequenter & assiduè recurrat Parochus, meritò sperare potest impletum iri, quod Salomon Prov. 13. dixit: *Qui agunt omnia cum consilio, reguntur Sapientiâ.* Et iterum cap. 11. *Salus, ubi multa consilia*; verè enim de functionibus ac laboribus Parochi dici potest, quod idem Salomon Prov. 15. de cogitationibus præ-

Instructio IV.

B

non-

nuntiavit, dicens: *Dissipantur cogitationes, ubi non est liber; ubi vero sunt plures Consilarii, confirmantur.*

Qu. 4. *Qualem Bibliothecam instruere debeat Parochus?*
 R. talem, quæ utilis illi futura credatur; utilis autem esse sequentes tres conditiones habeat. Primò, si *compendiosa* sit, qualis erit, si rejectis libris inutilibus paucos contineat, qui tamen propter materiæ abundantiam & varietatem multum quivalent. Secundò, si *solida* sit; qualis erit, si tales doctores contineat, qui & præ aliis solidè, practicèque tractant materiam sibi propositam, & bonos præterea indices habeant; unde nunquam facillè librum aliquem emere debeat Parochus, priusquam Indicem aspexissent; & si fieri poterit, unum, alterumve folium aut caput perlegendo percurrerent, ex quo modum tractandi cognoscant. Tertiò, si *sufficiens* sit, qualis erit, si ex omni genere Scientiarum, quibus instruat esse oportet Parochum, unum saltem, alterumve bonum doctorem contineat.

Qu. 5. *Quas industrias adhibere debeat, ut ex tali Bibliotheca optatum fructum referat?* Resp. sequentes præcipue.
 Primò, ut libros, si plures habeat, in certas classes distribuatur, quarum alia Scripturarios, Theologos, alia Concionarios, Asceticos, Juridicos, Controversistas, Historicos, Philologos, Grammaticos, Cæremoniales, Parochianos, seu illos, quibus illa, quæ ad officium Parochi spectant, annotati sunt, contineat, ut suo tempore faciliùs reperiri possint. Secundò, ut singulorum librorum rudem saltem notitiam acquirere studeat, nempe, ut sciat saltem, de qua materia tractent, id quod singulorum Indices generales accuratè perlegendo obtinebit. Tertiò, ut unum post alterum privatè perlectione integrum percurrat, prout scilicet vel occurrerit necessitas, vel materiæ utilitas suaferit. Quartò, ut, quæ per privatam lectionem notatu digniora occurrerint, pro memoria in subsidio fructuosè annotet: vix enim satis explicari poterit, quanta ex tali annotatione commoda sperare possit, si ritè emendat fuerit, uti non pauci propriâ experienciâ didicerunt.

Qu. 6. *Quomodo fructuosè instituere debeat hæc Annotationes?*
 Resp. dandam esse operam, ut notata sequentes conditiones habeant. Primò, ut *selecta* sint, hoc est. non qualvis Historias, Sententias, aut Conceptus, sed raros, & ad propositionem

scopum aptissimos comprehendant. Secundò, ut *ordinata* sint; quod obtinebitur, si vel ea, quæ ad quamvis virtutem & vitium pertinent, in separato Quaternione annotentur; vel certè, si promiscuè omnia scribere magis placet, per accuratum, & in suas partes bene digestum Indicem indicetur, quid quovis in loco reperiri queat. Tertio, ut *succincta* sint, id est, ut sententiæ quidem S. Scripturæ & SS. Patrum non nisi brevissimè annotentur; historiæ verò & aliæ res hujusmodi, non fusè, sed tantum, quantum ad substantiam rei cognoscendam necesse videbitur, scribantur, loco, in quo copiosius descripta reperiri queant, in margine studiosè annotato.

MEMBRUM IV.

De Scientia Cereimoniali.

Qu. 1. *Quas partes involvat Scientia ista?* Resp. has præcipue. Primò, *Scientiam Rubricarum*, pro officio Divino ritè recitando in Breviario, & SS. Missæ Sacrificiò religiosè offerendo in Missali præscriptarum. Secundò, *Scientiam rituum* in Sacramentorum administratione observandorum, qui plerumque in Ritualibus Diocesanis solent explicari. Tertio, *Scientiam Cereimonialium & consuetudinum* in aliis parochialibus functionibus servandarum, quales sunt, quæ in Processionibus, Benedictionibus, Concionibus, Catechesibus, Sepulturis &c. solent adhiberi, vel pariter & ex Ritualibus, vel aliorum informatione addisci debent.

Qu. 2. *Quid circa has Cereimoniae & Ritus præcipue observandum sit?* Resp. Sequentia procuranda. Primò, *dignæ estimatio*, ad quam quidem conciliandam non parùm proderit, si ponderetur intentio Ecclesiæ, triplicem; eumque præstantissimum finem in earum institutione præfigentis, nempe ut omnia officia Ecclesiastica ordinatè, reverenter, & uniformiter peragantur, atque adeò instructio (ad quam ejusmodi Cereimoniae sunt aptissimæ) devotio & ædificatio major in Populo procuretur. Secundò, *sufficiens cognitio*, quæ quidem gemina esse debet, scilicet ipsarum Cereimonialium, & obligationis, quæ graviter, vel leviter obligatur Parochus ad easdem observandas. Tertio, *Religiosa observatio*, quæ requirit, ut non tantum ipsi Ritus præscripti observentur; sed

insuper etiam pij illi affectus, quos in eorum institutione tendit Ecclesia, excitentur.

Dubia moralia.

Qu. 1. *Quanta sit obligatio ad has Cæremonias & Ritus servandos?* Resp. pro resolutione hujus Quæstionis notandum est, duplicis generis Rubricas ab Ecclesia præscriptas esse, præceptivas scilicet & directivas; illæ ex genere suo peccatum mortale obligant, nisi parvitas materiae, aut inadvertentia excuset, (uti sentit communis sententia contra Legendum, Præcep. 1. l. 3. c. 2. r. n. 9. asserentem, eas non obligare ad mortale, nisi ratione contemptus) hæc de conditione duntaxat sunt, atque adeò sub nullo peccato obligant. Tamb. & alij apud P. Georgium Gobat Alph. Sacrif. n. 1. docent. Hoc notato, ut cognoscere possit Pastor obligationem suam ad dictas Cæremonias observandas, sequentibus regulæ illi servire possunt. Prima Regula: quando cum Rubricis dicitur, aliquem, qui certam aliquam cæremoniam culpabiliter negligit, graviter peccare, aut gravissimè, si omissa cæremonia ad integritatem Sacrificij vel Sacramenti pertinet, certum est, peccatum mortale committi. Ita communiter sentiunt Doctores apud Gavantum. Secunda Regula: Etiam illæ Rubricæ præceptivæ censendæ sunt, quibus Auctores concorditer docent, quòd obligent sub peccato gravi, quales sunt de loco celebrandi non prohibendo de ara consecrata, de dispositione corporis & animi, seu peccato gravi, & cibo; de Ministerio, Missali, Calice, Patena, Corporali, Palla, de Canone integrè recitando, prima purificatione cum vino, de numero, munditie & integritate, & Benedictione plerarumque vestium Sacerdotum, excepto fortè cingulo. Ita idem. Tertia Regula: graviter peccat, quicumque receptos & approbatos Ecclesiæ Catholice ritus in solemnibus Sacramentorum administratione adhiberi solitos pro libitu omittit, aut in alios mutat, nisi consuetudo legitime introducta, aut parvitas materiae excuset. Ita Concilium Trid. Sess. 7. can. 13. anathemate ferentem, qui secus docuerint. Quarta Regula: Etsi pleræque Rubricæ & Ritus absque omni, vel certè saltem mortali crimine negligi possint; graviter tamen peccaret, qui ex

tempus id faceret, saltem, si contemptus talis in Pontificem, aut alium Superiorem tenderet, quod addo, quia Tamb. Sotus, Lugo, apud & cum P. Gobat n. 378. rectè advertunt, non quemcunque contemptum sufficere ad peccatum mortale, atque adeò, si contemptus in eo tantùm consistat, ut dicat: hanc Cæremoniam non magnifacio, quia parvi momenti est, vel quia non tanti videtur æstimanda, ut propter eam à me negligatur propria commoditas: durum foret, talem peccati mortalis damnare.

Qu. 2. An, si quis prævidet se non posse v. g. sacrum, nisi Cæremoniis aliquot omissis facere, nihilominus possit sacrificare? Resp. in tali casu perpendendum esse Cæremoniarum omit-tendarum & causarum ad sacrificandum impellentium gra-vitatem, & ex eorum inter se facta comparatione judicandum esse, an consultius sit, sine talibus Cæremoniis sacrificare, quàm ob earundem servandarum impossibilitatem aut diffi-cultatem omittere Sacrificium. ita Suar. Tamb. apud & cum P. Gobat. Alph. Sacrif. n. 384.

M E M B R U M V.

De Scientia Theologica.

Qu. 1. Qualem Theologia Scientiam habere debeat Pastor? Resp. quadruplicis. Primò, *Scholastica*, sic dicta, quia plus speculationis habet, atque adeò quæstiones copiosiores concertationi Scholasticæ materiam offerentes tractat, cujus aliquam saltem, licet rudem notitiam habere deberet Pastor; tum ut majori cum Auctoritate Doctoris gerat officium; tum ut majori cum dignitate & minore errandi periculo Verbum DEI exponat. Secundò, *Moralis*, quæ potissimum ad conscientiam dirigendam ordinatur, atque adeò præ omnibus aliis necessaria est illi, qui curam animarum suscepit. Tertio, *Positiva*, quæ in explicando S. Scripturæ sensu versatur; sic dicta, quia ponit & statuit firma Theologiæ principia, ex ipsis S. Scripturæ arcanis petita, cujus necessitatem S. Aug. fratribus Eremitæ more suo egregiè sequentibus verbis demonstravit: *Legite, Fratres mei, Scripturam Sacram, in qua, quid tenendum sit, & quid fugiendum sit, plenè invenietis. Legite eam, ne caci sitis, & duces caecorum: Legite eam, quia omni melle dulcior, omni pane suavior, omni vino hilarior in-*
veni-

venitur. Quarto, *Controversa*, quæ potissimum in doctrinis Fidei contra hæreticos defendendis occupatur, adeo necessaria est Pastori, ut S. Ambrosius dicere ausus sit, cui qui talem scientiam non habet, Sacerdotium appetere non debere, nec locum illius præsumere usurpare, qui fulgore sapientiae suæ Populorum potest corda lastrare.

Qu. 2. *Quid de Theologia Scholastica potissimum observandum?* Resp. primò, ut breve quoddam compendium totius Theologiae hujus, qualia passim reperiuntur, percurrat. Secundo, ut materias pro praxi magis necessarias ab aliis sece- nat, majoremque ijs penetrandis diligentiam adhibeat, tales sunt de DEO Trino & Uno, de Angelis quoad substantiam & vires, Beatitudine, peccato originali, Gratia, Incarnatione &c. Tertiò, ut pro his clariùs intelligendis constituto Auctorem quendam succinctè & clarè eas explicantem, quales meritò censerì possunt Gregorius Valentia, Thome- nus, Becanus, & similes, studiosè evolvat; hæ enim in- struxæ sufficere possunt ad hoc, ut optatum in hoc studio factum, quantum scilicet sufficit ad Officium suum securè & fructuosè peragendum, ferat.

Qu. 3. *Quid de Theologia morali sit observandum?* Resp. primò, ut diligenter nôsse studeat Auctores, qui varias materias accuratius pertractant, ut suo tempore ad eos recurrere possit: sententiarum item de quavis materia varietatem quam vel ideo bene addiscere debet, quòd frequenter resolu- tiones ab hac scientia dari solitæ potissimum auctoritate mutantur. Secundo, ut Mercatorum eas merces, quas frequen- tiùs emi experiuntur, in majori copia ementium morem locutus, eas materias, quæ crebriùs in praxi occurrunt, à reli- quis secernat, easque fortiùs memoriæ imprimere studeat, ubi interdum plus otij nactus fuerit, certæ cuiuspiam materiae v. g. de restitutione, pœnitentia, matrimonio, conscientia, Legibus &c. longius aliquod tempus impendat; dici enim va- let, quantoperè profit ad insignem aliquem profectum faciendum hac in scientia, si omnes vires & studium ad unam eam materiam exactè discutiendam, memoriæque impen- dendam convertantur. Tertiò, ut semper aliquod com- pendium ad manus habeat, & ex eo singulis, quantum fieri potest, diebus, unum, alterumve folium aut articulum per- currat.

ocurrat; sed & ipse sibi frequenter casus, qui circa varias materias occurrere possunt, obijciat, & quomodo solvi debeant, dispiciat.

Qu. 4. *Quid de Theologia positiva observandum sit?* Resp. sequentes Industrias ad profectum in ea faciendum observandas esse. Primò, ut bene perspectos habeat libros S. Scripturæ, atque in eorum lectione vel auditione quotidiana sedulo atque constanter se exercent: nam, ut S. August. l. 2. de doct. Christ. ait, prima observatio hujus laboris est, nôsse istos libros, etsi nondum ad intellectum, legendo tamen vel mandare memoriæ, vel omnino incognitos non habere. Secundò, ut Regulas ad verum Scripturæ sensum rectè intelligendum à variis traditas bene percipiat, easque interdum, ubi occasio dabitur, suis locis applicet; quem in finem proderit legisse, vel Gregorium Valentium in analysi fidei, vel Joannem Driedo, l. 2. & 3. de dogmat. S. Script. vel Nicolaum Serarium in prolegomenis S. Scripturæ, aut alios parvos libellos hac de materia editos. Tertiò, ut difficiliores quoque S. Scripturæ locos in ipsa lectione occurrentes annotet, ut suo tempore eorundem solutionem ex Auctorum interpretatione addiscere possit: multas difficultates ipsemet non difficulter solvet, si sequentes duas regulas à S. Augustino, lib. 3. de doctrin. Christ. traditas bene observet. Prior est. *Quidquid nec ad morum honestatem, neque ad fidei veritatem referri potest, figuratè & metaphoricè accipiendum est.* Posterior est: *si præceptiva est locutio S. Scripturæ, aut flagitium vetans, aut Beneficentiam iubens, propriè accipiendâ est; si autem flagitium videtur iubere, aut Beneficentiam vetare, figurata locutio censenda est:* hinc propriè accipiendâ est locutio ista: si esurierit inimicus tuus, ciba illum; secus verò de hac sentiendum: hoc enim faciens congeres carbones ignis super caput ejus.

Qu. 5. *Quid de Theologia Controversa sentiendum, & observandum sit?* Resp. tres potissimùm industrias observandas. Primò, ut præcipuas hæreses nostro præcipuè tempore, Patriâque magis grassantes (quales sunt Lutherana, Calviniana, & Zwingliana, & Politicorum, in quavis fide aliquem salvari posse volentium) cognoscere studeat; quem in finem compendia quædam sive manuscripta, sive impressa, v. g.

Manuale Becani, Corvini, Clypeus Fidei, Colloquia P. Chri-
stophori Pflaumeri servire poterunt. Secundò, ut funda-
mentales quasdam doctrinas & materias, ex quibus tanquam
primis principiis ferè omnes aliæ fidei conclusiones depen-
dent, solidè apprehendere conetur, quales v. g. sunt de Justitia
Controversiarum, de Ecclesia, de Verbo DEI, de Vocacione
Ministorum, & maximè de tali syllogismo, quo non arripere
possint uti, & utantur ad fidem contrariam probandam ad-
versarij, pro probatione fidei suæ afferendo. Tertiò, ut
quoniam variæ admodum sunt Personæ hæresi infectæ, ad
quarum conversionem cooperari debet Pastor, bene debet
studeat genium singularum, modumque efficacem cum illis
dem de erroribus objiciendis agendi, quem quidem pulcherrime
Becanus in præfatione sui Manualis docet.

M E M B R U M VI.

De Scientia Ascetica.

Qu. 1. *Quid intelligatur per hanc Scientiam Asceticam?*
Resp. intelligi eam scientiam, quæ ad perfectionem obte-
nendam, atque etiam ad vitia eradicanda, virtutèque piane-
tandas ordinatur: tantòque magis necessaria est Pastori,
quantò magis proprium est illius officium, animas sibi com-
missas dirigere & juvare, ut quisque perfectionem suo statui
convenientem consequatur.

Qu. 2. *Quid potissimum sit observandum circa hanc Scien-
tiam?* Resp. primò, ut solidus modus addiscatur cognoscen-
di vocationem, statumque à DEO præordinatum eligendi,
quem quidem in finem libellus ea de re ex instituto editus
v. g. Lessij, aut Manuale Sodalitatis servire poterunt. Se-
cundò, ut natura perfectionis, vitiorumque ac virtutum, illarumque
media, quibus eas acquirere, aut eradicare valeamus, bene
cognoscantur, quem in finem servient, Trivium Casle-
quod est compendium Asceseos ex optimis Auctoribus colle-
ctum, Alberti Magni Paradysus, Jacobi Alvarez tractatus de
Vitiis & Virtutibus &c. Tertiò, ut tentationes & afflictio-
nes potiores variorum statuum, mediæque solida & oppor-
tuna ad easdem superandas, vel æquo animo supportandas
dignoscantur; pro quo scopo obtinendo proderit Alphonsus
Rodriguez

Rodriuez p. 2. tract. 4. Ribera de tribulationibus, vel etiam Pædagogus Christianus in 2. parte fusè hac de re agens, Clypeus Patientiæ à Corero conscriptus &c.

Qu. 3. *Quibus mediis utendum sit ad hanc Scientiam comparandam?* Resp. sequentibus præcipuè. Primò, *Studio insignis perfectionis & familiaritatis cum DEO*: hoc enim medio plerique SS. Patres, aliique celebriores Ascetæ tantam rerum asceticarum noticiam sunt adepti: Undè rectè Thomas Kempensis l. 3. c. 43. DEVM sic loquentem introducit: *Ego sum, qui humilem in puncto elevo mentem, ut plures æterna veritatis capiat rationes, quàm, si decem annis studisset in scholis.* Secundò, *Instructioe periti Magistri*, quo medio antiqui olim Eremitæ usi ad tantam cælestium rerum noticiam pervenerunt. Tertiò, *Accuratâ, & frequenti lectione Ascetarum*, eorum præcipuè, qui magis hac in scientia excelluerunt, & meliorem ordinem, copiosorem materiam, & clariorem proponendi modum observant, & afferunt. Qui quidem Ascetæ ad tres ordines revocari possunt, quarum prima SS. Patres, secunda Concionatores, tertia alios Auctores, qui integros tractatus de perfectione, aut virtutibus & vitiis scripserunt, continet; de quarum posterioribus duabus classibus nihil speciale occurrit monendum, nisi quòd magno selectu sint arripiendi & legendi; ex primæ verò classis Auctoribus, nempe SS. Patribus, ut optatus fructus referatur, rectè monent nonnulli, sequentes tres industrias observandas esse. Primò, ut bene discatur, quinam ab Ecclesia inter SS. Patres censentur, & quas potissimùm materias singuli pertractarint: Item quo dicendi genere quisque maximè excelluerit: nam S. Ambrosius in sensu allegorico, S. Hieronymus in sensu litterali, S. Aug. in anagogico, S. Gregorius in morali, præ cæteris excelluisse dicitur. Secundò, ut bene nôsse studeat, quantum auctoritatis ijsdem tribuendum sit, videlicet quòd, quando omnes unanimiter circa aliquam doctrinam consentiunt, & hæc ab Ecclesia vel Pontificibus, ut vera recepta, & approbata est, infallibilem auctoritatem habeant; si autem non recepta sit, metaphysicè quidem fallibilem, moraliter verò infallibilem auctoritatem retineant. Si denique singuli vel pauci tantùm aliquam doctrinam tradant, humanam tantùm, licet extraordinariam auctoritatem

mereantur. Tertiò, ut nôit præcipua quædam præcepta seu regulas, quæ in eorum lectione observandæ sunt, quæ v. g. sunt, quòd multa frequenter potiùs per modum exaggerationis, quàm ad suam sententiam indicandam pronuntiant; quòd, ubi sibi contrarij sunt, eorum auctoritas sit præferenda, qui magis ad Ecclesiæ sensum accedere videantur; quòd, ubi in quibusdam locis de eorum mente non constat, aut omnino à veritate aberrâsse creduntur, ex aliis eorum libris, locisve de illorum sententia judicandum sit.

M E M B R U M VII.

De Scientia Iuris Canonici.

Qu. 1. *Quare Pastor scientiam hanc comparare debet?* Resp. ob triplicem causam. Primò, ut suo munere rite & dignè fungatur, quam causam Cælestinus Papa decr. 38. can. nulli indicavit, dum dixit: *Nulli Sacerdoti liceat Canonicas regulas transgredere, nec quidquam facere, quod Patrum regulis possit obviare; qua enim res dignè à nobis servabitur, si Decretalium veterum constitutionum pro aliorum libitu licentiâ permittâ repugnantia frangatur?* Secundò, ut eodem munere quietè fungatur, quod vel maximè obtinebit, si meminisse poterit, se in institutionibus suis regulam ab Ecclesia præscriptam secutum, in qua adeò facilè rationem DEO & Superioribus reddendum esse. Tertiò, ut fructuosè eodem fungatur; nam sic sperari poterit propheticam illam promissionem à Davide Psalm. 128. factam impletum iri, quâ dixit: *Beatus vir, qui non abigitur à consilio impiorum (mandata DEI temerè transgredientium, sed in lege Domini voluntas eius, & erit tanquam lignum, quod plantatum est secus decursus aquarum, & fructum suum dabit in tempore suo, & folium eius non defluet, & omnia quæcunque faciet, prosperabuntur.*

Qu. 2. *Quid potissimùm circa hanc scientiam observandum sit?* Resp. sequentes industrias adhibendas esse. Primò, ut bene discere studeat, quibus libris constet Jus Canonicum, & quomodo illi citari soleant. Secundò, ut pariter adhibeat, quantam dicti libri auctoritatem habeant, scilicet talis, qualem habet auctor, qui ante illum textum citatur. Unde si cum Pontifex definitivo modo protulisse dicitur, infallibilem habet; si aliquis ex sanctis Patribus, magnam, sed non infallibilem.

infallibilem; si Juris civilis Constitutiones citantur, tum attendendum est, an aliis Constitutionibus Pontificum in Decretalibus libris, aut cæteris, qui infallibilem auctoritatem habent, insertæ sint, & tunc eandem cum ijs Constitutionibus auctoritatem habent, ut colligitur ex illo Bonifacij effato: *Omnia nostra facimus, quibus auctoritatem nostram imperimus*; si non sint insertæ, tum de se quidem nullius momenti sunt, ex benignitate tamen Sacrorum Canonum in forum Ecclesiasticum recipiuntur, dummodo s. Scriptura, Canonicis sanctionibus, vel bonis moribus non aduersentur; nam huc spectat illud Lucij Pontificis: *sicut Leges non dedignantur Sacros Canones imitari, ita & Sacrorum Canonum statuta Principum Constitutionibus adiuvantur*. Tertiò, ut Compendium aliquod Juris Canonici, vel ab Henrico Canisio, vel Vallensi, vel Lancelloto, vel Corvino, aliisque conscriptum perlegat, & ex eo rudem saltem rerum ad hanc scientiam pertinentium notitiam acquirere studeat, præcipuè autem aliquas materias frequentius occurrentes, quales sunt v. g. de Sacramentis, Nuptijs, Ecclesijs, Collationibus, Decimis &c. accuratiùs pervolvat, atque discutiat. Porro ad hanc scientiam etiam notitia Decretorum à variis Conciliis, præsertim Tridentino factorum spectat. Unde hoc saltem accuratè evolvendum erit à Pastore, & ea, quæ de reformationibus variis decisa sunt, bene memoriæ imprimenda.

§. IV.

De Conditionibus prærequisitis ad Pastorem.

Qu. *Quot Conditiones prærequirantur ad hoc, ut Pastor legitime fungi officio suo queat?* Resp. tres præcipuè, scilicet ætatem, ordinem, & professionem Fidei, quas Conditiones placuit appellare, quia non tam ex natura officij suscepti, quam ex arbitrio Superioris, eas pro valida administratione exigentis requiruntur.

MEMBRUM I.

De Ætate.

Qu. *Qualis ætas requiratur in Pastore?* Resp. primò in genere

nere requiri ætatem maturam, eò, quòd cura animarum ætatum meritò vocetur. Resp. secundò, in specie ad Parochum & Vicarium perpetuum parochialis Ecclesiæ requiritur 25. ætatis annum inchoatum saltem, idque tam necessarium, ut sine ea collatio omnino nulla sit, uti Concilium Lateranense decrevit; hinc solus Papa quoad hoc potest dispensare, si tamen aliquis Parochialem curam alicui Canonici vel dignitati annexam haberet, satis esset, si in ea foret ætate constitutus, quam ipsum principale Beneficium requirit, quum tali casu parochiale Beneficium velut accessorium naturam principalis Beneficij, cui adjungitur, imitatur, atque adeo satis erit, si Parochus talis Vicarium, qui legitimam ætatem habeat, constituat.

M E M B R U M II.

De Ordine.

Qu. *Qualis Ordo requiratur in Pastore?* Resp. jure communi & ordinario saltem Subdiaconatum ad curam animarum requiri; posse tamen Episcopum dispensare, ut aliquis minoribus tantum constitutus ad parochiale Beneficium promovendi possit, modò aliàs sit idoneus, & talis, ut intra annum suscipere possit requisitum Ordinem. Hoc enim, si is, qui Beneficium parochiale obtinuit, non faceret, ipso jure, nullâ præmissâ monitione, esset privatus, ita, ut in illa vacante nullatenus illud Beneficium ei iteratò conferri possit. Ut in tit. 1. l. 3. decr. decernitur.

Dubia moralia.

Qu. 1. *An si quis legitimè impeditus est, quò minus intra annum suscipere sacrum Ordinem possit, adhuc Beneficio promoveri?* Resp. negativè ex communi; quia tempus jure præfixum non currit legitimè impedito, si de pæna vel quasi pæna incurrenda agatur, uti in cap. Cùm sit. 14. de ætat. & qual. habetur.

Qu. 2. *An, si alicui intra hunc annum lis moveatur de Beneficio, adhuc tempus hoc currere censendum sit?* Resp. affirmativè, ex c. Unde de ætat. & qual. ord. in 6. si aliquando pacificè possederit Parochiam, antequam lis moveatur, secus foret, si statim post obtentam possessionem lis ipsi fuisset intentata.

Qu. 3. *An, si quis per fraudem se inhabilem fecit, ut promoveri non possit intra annum ad sacrum Ordinem, eandem penam incurrat?* Resp. affirmativè cum Laym. l.4. tract. 2. c. 9. n. 2. quia fraus sua nemini patrocinari debet; unde & is, qui scienter, & per culpam latam reticuit impedimentum pro tali Ordine intra annum suscipiendo, privari potest Beneficio; etsi id non ante finem anni fieri debeat, quia pœna legalis statuta sub conditione, si aliquis quidpiam intra certum tempus non fecerit, non incurritur, antequam tempus tale integrè elapsum fuerit. Clem. unic. de off. Vicar.

Qu. 4. *An, si quis habeat pacificam possessionem Beneficij, & liberum exercitium, nullos autem vel modicos fructus ex eo percipiat, adhuc intra annum suscipere debeat sacrum Ordinem?* Resp. affirmativè cum Laym. in cap. Præterea, de ætate & qual. quia cura est pars principalior & dignior, atq; adeò trahit ad se minus dignam. Unde sibi imputare debet provi- sus, quod tale Beneficium acceperit.

Qu. 5. *An pariter sufficiat, ut is, qui parochialem curam actu suscepit, intra annum legitimam ætatem acquirat?* Resp. negativè cum eodem Laym. in cap. Inferiora, q. 1. n. 4. & 5. de elect. quia quando ætas certa ad Beneficium aliquod per se ac directè requiritur, eam actu habere debet possessor illius Beneficij; secus foret, si tantum per accidens, & consecuti- vè ætas aliqua ad Beneficium requireretur.

Qu. 6. *An, si quis Beneficium curatum accepit cum intentione, annuos tantum illius fructus percipiendi, & postea iterum resignandi, ad restitutionem fructuum obligatus censeri debeat?* Resp. affirmativè; quia juxta cap. Commissa, 35. de elect. in 6. Ecclesia tacitè sub hoc onere & pacto confert Beneficium, ut se intra illud tempus habilem faciat. Secus foret, si ante annum elapsum mutaret propositum, & Ordinem requisitum susciperet, quia in tali casu fraus non sortita effectum, nec Ecclesiæ damnum illatum foret, atque adeò bonâ Conscientiâ fructus etiam ante mutatam voluntatem susceptos retinere posset, ut iterum rectè discurret Laym. l.4. tract. 2. c. 14. n. 10.

Qu. 7. *An is, qui Parochiam cum intentione illam retinendi susceptam, postea mutatâ voluntate alteri idoneo Vicario tradit, fructus ante & post mutatam voluntatem susceptos retinere pos-*

re pos-

re possit? Resp. affirmativè, quia, cum lex statuens privationem fructuum odiosa & pœnalis sit, non debet extendi ad casum in jure non expressum, ut idem l. c. §. alterum docet.

Qu. 8. *An, si quis cum dubio retinenda Parochia eam prosequatur, faciat fructus suos, si postea eam Vicario resignet?* Resp. Laym. l. c. §. Quæres. negativè; quia, cum talis non habeat absolutam intentionem suscipiendi Sacerdotium, hoc in casu etiam non habeat conditionem legitimam requisitam ad retentionem; secus foret, si conditionatam haberet voluntatem, scilicet retinendi eam, nisi melior obveniret; quia talem intentionem utpote minimè dolosam Ecclesia non damnat.

Qu. 9. *An, si quis post Beneficium Parochiale obtentum in facultate Episcopi studium vacet, teneatur intra annum, Presbyteratus Ordinem suscipere?* Resp. negativè; quia sicut Episcopus potest dispensare quoad ipsam residentiam & administrationem, ita etiam quoad Ordinem, qui propter administrationem potissimum requiritur, dispensare poterit; debet tamen talis Parochus intra annum à tempore Parochiæ suscipiendæ numerandum, Subdiaconatum suscipere, ne recedere valeat à statu Clericali, alioqui perinde jure suo privabitur, ac si que alij, qui Presbyteratus Ordinem intra annum suscipere neglexerunt, uti in cap. Cum ex eo. 34. de elect. in 6. l. 1. c. 1. betur.

M E M B R U M III.

De Professione Fidei.

Qu. *Quid circa hanc Professionem Fidei Pastori sit observandum?* Resp. sequentia præcipuè. Primò à quo fieri debeat, nempe à Parochis, Commendatarijs, & Vicarijs, & alijs temporalibus, quàm perpetuis Ecclesiarum curatarum, ut expressè Concilium Tridentinum Sess. 24. de refor. c. 12. præscripsit. Secundò coram quo fieri debeat; scilicet vel in manibus ipsius Episcopi, vel Vicarij Generalis, uti idem Concilium p. 3. c. 5. num. 27. indicavit; unde Sede vacante, potest coram Capitulo fieri, ut rectè Garzias & alij adveperunt. Tertiò, quando fieri debeat, nempe ad minimum intra duos menses à die adeptæ possessionis; & hæc quidem professio adeò est necessaria, ut, qui eam scienter non fecerit, non sit legitimè in possessione & juribus, sed tamen fructibus illius

Beneficij priuetur, & insuper peccatum mortale committat, ut Barbofa cap. de off. paroch. n. 14. & 15. ex Concil. Tridentino colligit.

Dubia moralia.

Qu. 1. *An possit hac professio per Procuratorem fieri?* Resp. non deesse quidem, qui negativam partem apud Barbof. acriter defendant; æque tamen probabiliter affirmativam ab ipso & aliis pluribus ibidem c. n. 3. teneri; quia nec Concilium Tridentinum, nec ipsa Constitutio Pij Quarti utuntur verbis personalitatem significantibus, atque adeò locum habet regula illa, quod, quicumque aliquid facere per semetipsum, possit & facere per Procuratorem, ut l. 1. ff. de proc. c. qui per aliam dicitur.

Qu. 2. *An, qui semel emisit professionem Fidei, eandem iterum emittere debeat, si aliam Parochiam obtineat?* Resp. affirmativè, ut iterum Barb. cum Azor, Ugol, Garzia docet, additque idem ex multorum sententia etiam faciendum, si quis eandem Parochiam semel à se dimissam recipiat.

Qu. 3. *An provisus de Parochia teneatur ulterò, & non requisitus se offerre ad dictam professionem?* Resp. affirmativè cum eodem Barbofa l. c. n. 8. & 9. & Nicol. Garz. & aliis, si quidem Parochus sit Parochiæ actualis, & non habitualis tantum, id est, quæ habuit olim, & nunc habere desijt Parochianos; hæc enim, cum Beneficio simplici æquiparetur, non comprehenditur in Concilio; quod usque adeò verum putat Barbofa, ut neque eam amittere postea teneatur, si acquirat Parochianos; quia quando Ecclesia revertitur ad pristinum statum, Titularis non dicitur de novo provideri, sed continuari; qui autem continuat, non attentat, ut habet Glossa.

Qu. 4. *An Parochus negligens professionem Fidei, tempore præscripto facere, teneatur fructus amissos restituere in conscientia ante declaratoriam sententiam?* Resp. ita quidem sentit Azor, & plures alios apud Barbof. ob Clem. 2. Ut lite. sed, cum lex ista sit pænalis, rectius ipse cum Sanch. Navarr. & aliis censet, non obligari talem Parochum ad fructus restituendos, priusquam ad eos per sententiam declaratoriam condemnentur.

§. V. De

§. V.

De prærequisitis ad executionem muneris Pastoralis.

Qu. Quid potissimum observare debeat Pastor in executione sui muneris? Resp. id breviter & bene explicasse illum, sequentia tria capita requisivit.

Pura intentio

ad augendum meritum.

Studiosa operatio

ad implendum officium.

Generosa resignatio

ad tranquillandum animum.

Quæ tamen, quia fac multas, utilisque ad praxin, & fructu copiosum referendum doctrinas continent, paulò fufius, et riuſque sunt explicanda.

MEMBRUM I.

De pura Intentione.

Qu. 1. Qualis intentio præfigenda sit à Pastore pastoralium functionibus? Resp. in genere loquendo optimam præfigi debere; cum enim Pastor officium Divinissimum, ut supra S. Dionysio diximus, atque adeò præstantissimum etiam habeat, idèoque meritò sibi applicare debeat saluberrimum illud Ecclesiastici c. 33. monitum: *In omnibus operibus præcellens esto, ne dederis maculam in gloria* (& muneris rectè colligitur, ante omnia dandam operam esse, ut in eam dictis operibus intentionem præfigat, eò quòd ab omni ferè eorundem Bonitas dependeat juxta Prophetam Simonium, omnem gloriam filiæ Regis ab intus habentis ferentis, Psalm. 44. & juxta commune proverbium, quod dicitur:

Quidquid agant homines, intentio iudicat omnes.

Resp. 2. in specie verò intentionem, ut optima sit, sequenti proprietates habere debere. Primò, ut sit *Rectissima*, id est per prudentiam ad eum scopum directa, qui omnibus actibus hominum à DEO constitutus est, ad quem proinde etiam omnia media eligere & ordinare debet; Quis autem

hic finis fit, S. Paulus 1. Cor. 10. clarè declarat, dum dicit: *Sive manducatis, sive bibitis, sive aliud quid agitis, omnia in gloriam DEI facite.* Id, quod exemplo suo etiam S. Ignatius Fundator Societatis JESU, cujus primarius finis partialis est, curam animarum agere, præclarè confirmavit, dum non ipse solum semper in ore & corde habuit solemne suum symbolum: *Omnia ad maiorem DEI Gloriam*, sed etiam suos socios, velut Aquila provocans ad volandum suos pullos, identidem ad hunc scopum sibi præfigendum excitavit; imò ex hoc indicio, an scilicet oculo mentis & intentionis fixo & irretorto solem Divinæ gloriæ aspicere possent, Aquilæ in morem probavit; & siquidem talibus oculis præditos adverteret, pro genuinis pullis & filiis agnovit. Secundò, ut sit *purissima*, id est, nullam aliam vanæ propriæ laudis & gloriolæ, aut cujusquam alterius commodi, quod divinum non sit, intentionem permixtam habens, quam quidem proprietatem pulchrè S. Paulus 2. Cor. 2. indicavit, dicens: *Non enim sumus, sicut plurimi adulterantes Verbum DEI, sed ex sinceritate, sed sicut ex DEO, coram DEO, & in Christo:* quæ verba sapienter S. Gregorius de puritate intentionis explicat, dum ait: *Sicut discrimen inter Maritum & Adulterum potissimum reperitur, quòd ille utpote legitimus maritus generationem præcipuè in actu conjugali, adulter non nisi voluptatem quærat: ita summè cavendum est Operario, ne, dum in functionibus suis propriam potius gloriam & voluntatem intendit, adulterium spirituale committat.* Porro puritatis hujus indicia sequentia plerumque assignant Ascetæ: si quis, dum alios multa præclarè pro majore DEI gloria & salute animarum agere advertit, non tristetur, sed perinde gaudeat, & exulter, atque, si ab ipsomet facta forent: si perfectam in se ad omnia munia, laboriosa æquè ac facilia, vilia æquè ac honorifica, indifferentiam deprehendat: si non sit sollicitus, an actiones suæ ab hominibus aut Superioribus approbentur, & prædicentur: si in occulto æquè ac publico suas functiones, & iidem æquali cum diligentia peragat: si etiam ipsam meritum cælestium magnitudinem non attendat, sed solo DEI Beneplacito moveri se sentiat, de quo quidem perfectissimo signo S. Bernardus de dilig. DEO. sic loquitur: *Delectabit sanè non tam nostra, vel sopita necessitas, vel sortita*

Instructio IV.

C

felicis-

felicitas, quàm, quòd eius in nobis, & de nobis voluntas completa videbitur. O amor sanctus & castus! O amor dulcis & suavis affectio! O pura & defacata intentio voluntatis, certe defacatior & purior, quòd in ea de propriis nihil admittitur velinquitur; quo totum Divinum est, quòd sentitur; sic agitur Deificari est. Tertio, ut sit efficacissima, id est, non in simplici tantum velleitate, sed seria voluntate, quæ, nisi alio impedimento obijciatur, certè in actum proditura consistens. Hic enim locum, vel maximè habet sapientissimum illud S. Gregorij effatum: *Nunquam Amor DEI* (& ex consequenti etiam intentio, quæ est potissimus actus amoris) *vanus est; operatur enim magna, si est; si autem operari non potest, non est.*

Qu. 3. *Qua media adhibere debeat Pastor ad hanc intentionem facilius eliciendam?* R. sequentia præ reliquis adhibenda videri. Primò, ut dignam de motivi hujus, nempe gratiæ Divinæ, præstantiæ æstimationem concipiat; quòd tandem faciliè obtinebit, si bene perpendat omnes conditiones quas in præmio homines desiderant, in gloria & beneplacito DEI, præstantissimo modo reperiri: Est enim præmium maximum, utpote, quòd Beati beatitudini ipsi longè præferunt. Est præsentissimum, cum eo statim momento, quo peccatum est opus bonum, DEUS in eo sibi complaceat. Est contrarium, quia pro quovis opere datur, modò in gratia sit factum, & suo genere non sit malum: Est denique inamissibile, quia non potest, ut DEUS in aliquo opere bono non semper, & totam æternitatem sibi complaceat, etiam si per reliqua opera subsequenti quis graviter peccaret, ideòque semper supplicijs adjudicaretur. Ob quas proprietates metus Chrysostronus l. 2. de compunct. sequentem de præmio sententiam pronuntiavit: *Si omnino fueris dignus agere, quid, quòd DEO placeat, aliam ne require mercedem, præ hoc ipsum, quòd placere meruisti; si enim aliam mercedem require, verè ignoras, quantum Bonum sit placere DEO; si hoc scires, nunquam aliud extrinsecum munus, aut mercedem requireres.* Secundò, ut vanitatem ac falsitatem, damnumque vanæ gloriæ bene perpendat; & vanitatem quidem re coloribus more suo depinxit pius Ascera in libello de intentione, l. 2. c. 6. dum dixit: *Non es sanctior, si laudaris;*

lior, si vituperaris. Quod es, hoc es; nec maior dici valet, quam DEO teste sis; salutaritatem verò idem alibi l. 3. c. 5. his verbis expressit. Quid est homo inde melior, quia reputatur ab homine maior? fallax fallacem, vanus vanum, cecus cacum, infirmus infirmum decipit, dum exultat; & veraciter magis confundit, dum inaniter laudat. Unde rectè S. Augustinus intulit: Laudamus mendaciter, & delectamur inaniter: & vani sunt, qui laudantur; & mendaces, qui laudant: Damnum denique idem Thomas Kemp. l. 3. c. 40. sequentibus verbis indicavit: Verè inanis gloria mala pestis, vanitas maxima, quæ à veris retrahit gloria, & caelesti spoliat gratiâ; dum enim homo complacet sibi, displicet tibi; dum inhiat laudibus humanis, privatur veris virtutibus. Unde meritò tandem concludit: Quarant Iudæi gloriam, quæ ab invicem est; at ego hanc requiram, quæ à solo DEO est; omnis quidem gloria humana, omnis honor temporalis, omnis altitudo mundana æterna gloria comparata, vanitas est, & stultitia. Tertiò, ut fructus, quos secum intentio pura Divinæ gloriæ affert, sæpe secum accuratè perpendat, qui quidem in sequenti quæstione fusiùs indicabuntur.

Qu. 4. Quem fructum ex tali intentione Pastor sperare possit? R. triplicem præcipuè in vita, & triplicem in morte; & in vita quidem confert primò perfectam ad quævis officia, labores, loca, & personas indifferentiam; cum enim in uno perinde ac altero motivum suum, scilicet beneplacitum DEI inveniat, meritò perinde quoque erit, sive ad hæc aut illa opera, loca, personas curandas applicetur. Unde Sponsus dixit Sponsæ suæ, Cant. 8. Pone me ut signaculū super cor tuum, ut signaculum super brachium tuum, quasi diceret, si me in omnibus velut præsentem consideres, meique amore agas, non multum curabis, an gravia vel levia, humilia vel alta sint, quia amor mei, & beneplacitum omnia æqualia facient. Secundò, summam in quibusvis actionibus diligentiam; si enim David. 1. Paral. ult. de se ipso factus est, se totis viribus præparasse impensas Domus DEI, eò quòd opus grande esset, & non homini præpararetur habitatio, sed DEO; quidni & Pastor excitetur ad functiones suas totis viribus peragendas, per quas scit habitationem & templum longè gratius DEO præparari? si Actores tanta cum accuratione & perfectione

personam suam sustinere conantur, si sciunt Comendatarii
 magni Principis aut Regis honorem apparatusam; quanto magis
 Pastor personam suam pro gloria & Beneplacito
 DEI ritè agere studebit? Tertio, miram in quibusvis laboribus
 & difficultatibus *Alacritatem* atque *Constantiam*,
 enim Jacobo Patriarchæ Gen. 29. videbantur tam multo
 ni in durissimis laboribus exacti, dies pauci præ amoris
 titudine; si Operarios tantoperè ad alacritatem excitat
 mij sperati magnitudo & certitudo; quidni majorem alacri-
 tatem meritò excitatura credantur in Pastore gloria & Bene-
 placitum DEI, quæ omnibus præmiis, & ipsi etiam Bene-
 dictioni longissimè antecellunt? ut adeò rectè dixerit puri-
 ta de imit. l. 3. c. 33. *Quantò purior fuerit intentionis con-
 stantia securius atque constantius inter diversas iur præ-*
 Et si autem hi fructus per se amplissimi sint, dignique, ut pro-
 pter eos Pastor summa cum diligentia studeat purissimis
 actionibus suis intentionem præfigere; multò tamen puri-
 stantiores sunt fructus, quos post vitam est ei allatura; quæ
 inter Principem facilè locum obtinet *gloria magnitudo*,
 cum enim hæc actionum in hac vita obitarum bonitas
 spondeat, bonitas autem ista potissimum ex intentionis pu-
 nitate desumatur, rectè concluditur, inexplicabilem Pastorem
 gloriam reservari, si cum ejusmodi intentione actionem
 peragere studeat; id, quod S. Thomas de Aquino post
 rem cum lucidissima stella in pectore apparens, & per
 gloriæ magnitudinem, quæ propter puritatem intentionis
 ei in cælis obtigisset, significari asserens expertus est. Secun-
 dò, *Securitas in iudicio*; nam ut rectè Thomas Kemp. l. 1. c. 1.
 advertit, *Qui DEVM ex toto corde amat* (qualis præcipue
 reputari potest, qui cum intentione hæcenus descripta
 agit) *nec mortem, nec supplicium timet, quia perfectus
 securum ad DEVM accessum facit.* Tertio, *Liberatio à purgato-*
 torio; hinc enim vel maximè locum habet illud S. Bernardi
 de resurrect. effarum: *Cesset voluntas propria, & infernus
 erit.* Certè Christus ipse B. Mariæ Magdalenæ de Pazzia
 ste Lancizio opusc. 6. c. 11. revelavit, eum, qui in omni
 puram intentionem præmittere studuerit, sine purgatorio
 cælum iturum.

MEM

MEMBRUM II.

De studiosa Operatione.

Qu. 1. Quid requiratur ad studiosam operationem? R.

Primò requiri, ut magna cum promptitudine & alacritate opus aliquod suscipiatur, juxta monitum S. Pauli 2. Cor. 9. *Vnusquisque prout destinavit in corde suo, non ex tristitia, aut necessitate; hilarem enim datorem diligit DEVS.* Secundò, ut, quæ ad integritatem actionis requiruntur, partes & circumstantiæ diligenter impleantur, ut suo modo dicere cum Christo possit Pastor: *Consummatum est;* & hoc est, quod Ecclesiasticus Eccles. c. 33. monuit. dicens: *In omnibus operibus tuis præcellens esto.* Terriò, ut alacritati & diligentia etiam constantia jungatur; nam, ut bene advertit S. Gregorius, *incaussum bonum agitur, si ante vita terminum deseratur, quia frustra velociter currit, qui, priusquàm ad metam venerit, desicit.*

Qu. 2. Quæ media ad dictam diligentiam procurandam adhibere debeat Pastor? R. sequentia potissimùm. Primò, ut gaudium, quod ante mortem (nam si gaudium est in hoc mundo, ait rectè Thomas Kemp. l. 2. de imit. *hoc utique possidet puri cordis homo, qui nullius in operibus suis erroris admitti sibi conscius est*) in morte (nam ut idem l. 1. c. 25. ait, *gaudebis semper vespere mortis tuæ, si diem vitæ insumpseris fructuosè*) & post mortem (nam audiet lætissimam illam Christi vocem, Matth. 25. *Euge serve bone, & fidelis, quia super pauca fuisti fidelis, super multa te constituam, intra in gaudium Domini tui*) ex tali diligentia sperare poterit, bene pendat; hinc enim miram animo suo alacritatem ingenerari, atque ad constantiam eundem excitari sentiet, id quod S. Paulus expertus est; hinc suos Corinthios 1. Cor. 15. sequentibus verbis excitavit & animavit: *Fratres mei dilecti, stabiles estote & immobiles, abundantes in omni opere Domini semper, scientes, quòd labor vester non est inanis coram Domino.* Secundò, ut bonam sibi Ideam procuret, atque ad illam in omnibus suis actionibus oculos convertat; talis autem præ reliquis cenferi debet vita & exemplū Christi, qui, uti fuit Pastor bonus, ita meritò ab eo illud ad Apostolos Joan. 13. c. dictum sibi nunc repeti imaginetur Pastor animarum: *Exemplum dedi vobis, ut, quemadmodum Ego feci, ita & vos faciatis;*

is; sicut ergo Artifices etiam minus periti, si ideam seu formam perfectam sunt nacti, atque in eam materiam licet imperfectam infuderint, haud dubiè perfectam quoque imaginem producent; ita meritò sperari etiam potest, Pastorem perfectissima opera producturum, si ea perfectissimis Christianis operibus velut exemplari conformare studuerit. Tertiò, ut frequenter super actiones suas reflectat, & quae emittuntur videbuntur, accuratè corrigere studeat; neque enim corrigi satis potest, quantas vires habeat hæc reflexio ad perfectionem actionum humanarum procurandam.

MEMBRUM III.

De Generosa Resignatione.

Qu. 1. In quo consistat hæc Resignatio? R. in sequentibus. Primò, ut non statim Pastor abiciat animum, si non, ut vellet, videat proficere suos Parochianos; nam, ut Lapide nonnemo dixit: *Sæpe ea, qua sanari ratione non poterunt tempore sunt sanata; non videtis, inquit S. Chrysolomus hom. 41. in Gen. quantà DEVS non longanimitate toleret, quomodo quotidie negligimus obtemperare eius mandatis, que sic cesset à cura nostra? Simili ergo modo nos erga Deum nostros bene affecti, magnam faciamus diligentiam. Secundo, ut non tristetur, si fortè labores suos omni fructu defraudat; sed potiùs saluberrimam S. Bernardi l. 4. de Consideratione lib. admonitionem in memoriam revocet: *Noli deus curam exigeris, non curationem. Audisti: curam illum non curat, & non cura, vel sana illum. Verè dixit quidam: non est in me dico semper, relevetur ut aeger: ita & quæso fac tu, quod in me est: nam DEVS, quod suum est, satis absque tua sollicitudine anxietate curabit: planta, riga, fer curam, & tuas exspecta partes; sanè incrementum, ubi volueris, dabit DEVS; ubi non voluerit, tibi desperit nihil, dicente Scriptura, reddet DEVS cedem laborum Sanctorum suorum. Imitetur ergo Angelus magna tranquillitate dicentes, Jerem. 51. *Curavimus Babilonem, & non est sanata, derelinquamus eam, & unusquisque in terram nostram.* Tertiò, ut, cum Deo piofam laboribus illius benedictionem, fructumque conferit, non tam ob ipsum hunc fructum, quam ob imperatissimam DEI voluntatem lætetur, illudque Dantes**

Pfal. 113. usurpet: *Non nobis Domine, sed nomini tuo da gloriam; quem in finem proderit saluberrimum Christi monitum in memoriam revocasse: Cum feceritis omnia, qua precepta sunt vobis, dicite: servi inutiles sumus; quod debuimus facere, fecimus.* Luc. 17.

Qu. 2. *Quare Pastor tantopere dicta resignationi studere debeat?* R. ob triplicem fructum, quem ei affert; quorum primus est *Spes* fructus etiam inexpectati secuturi; ut enim Rusticus ille, qui omnem à DEO tempestatem tranquillo animo accepit, & optimam duxit, quam DEO permittere placuit, optimos semper in agris suis fructus habere meruit; ita idem quoque Beneficium ob similem resignationem Pastor sperare poterit. Secundus, *Magna animi tranquillitas*; quia, ut bene Thomas Kemp. l. 3. c. 11. in persona Christi dixit: *Si ego sum in causa, bene contentus eris, quomodocunque ordinavero*: tunc nimirum imperabit iterum Christus ventis & fluctibus curarum ac sollicitudinum in anima concitata-rum, & erit tranquillitas magna. Tertius est, *Invicta inter difficultates Constantia*: cum enim inconstantia & tedium inter labores potissimum ex nimio fructus ex iisdem reparandi desiderio oriatur, facile inter eiusmodi difficultates immobilis & invictus permanebit, qui tale desiderium ad Divinæ dispositionis rectissimam normam moderari, atque componere studuerit.

CAPUT II.

DE MEDIIS A PASTORE
ADHIBENDIS.

Varia sunt media, quæ adhiberi possunt à Pastore ad finem suum obtinendum; alia enim sunt intrinseca, alia extrinseca; alia corporalia, alia spiritualia; alia positive disponunt, & juvant ad finem, alia negative tantum, quatenus scilicet varia pericula vel impedimenta remouent. De singulis hoc capite aliquid breviter dicendum.

§. I.

De Medijs Spiritualibus.

Qu. 1. *Qua media spiritualia à Pastore adhibenda sint?* R. sequen-

requentia præcipue. Primò, *Studium Orationis avidissimum*.
 Secundò, *Studium mortificationis continuum*. Tertiò, *Stu-*
dium humilitatis necessarium.

Qu. 2. *Quare Orationem tantopere amare & frequentari*
debeat? R. ob sequentes causas. Primò, ob summam ne-
 cessitatem: si enim omne datum optimum, & omne donum per-
 fectum deorsum est à Patre luminum, neque aliter, nisi per
 orationem obtineri potest, uti B. Virgo olim revelavit, fac-
 ilè apparet, eam tantò magis necessariam esse Pastori, quantò
 majoribus auxiliis & gratiis indiget ad munus suum fructuo-
 sè obeundum: Unde rectè Augustinus l. 4. de doct. Chri-
 c. 15. dixit: *Munus suum ut præbet, magis opus est Oratione*
quam Oratoris facultate; ut orando pro se & pro illis, quos
allocuturus, sit Orator antè, quàm Dictor. Secundò, ob sum-
 mam utilitatem, quam habet ad efficaciam laboribus Pasto-
 ribus tribuendam: cum enim juxta testimonium Apostoli, ipse quod
 dem Pastor plantare, & rigare valeat, incrementum autem
 DEUS det; hoc autem incrementum per orationem, sive
 formalem, sive virtuales, id est, actiones virtuosas obtinet
 potissimum debeat, meritò inferitur, orationis studio Pasto-
 rem plus, quàm alijs laboribus & medijs effecturum, ut beatus
 S. Bernardus Ep. 101. advertit, dicens: *Nunc autem manent*
tria hæc, Verbum, Exemplum, Oratio: maior autem horum O-
ratio. ea namque Operi & Voci gratiam & efficaciam promove-
tur. Tertiò, ob summam iucunditatem, si enim, ut Liber-
 tus de imitatione Christi ait, *ideo tam libenter loquimur, &*
invicem fabulamur, quia per mutuas locutiones ab invicem
consolari querimus, & cor diversis cogitationibus fatigatum
relevare: Quidni Pastor tot curis & laboribus gravatus, si-
 mile solatium quærat? ubi autem melius & sincerius, quàm
 per locutionem cum DEO inveniat? de hoc videlicet dicit
 illud Christi dictum Matth. 11. applicare potest: *Venite ad*
me omnes, qui laboratis, & onerati estis, & ego reficiam vos.
 Hinc ipse etiam Christus Discipulis suis hoc refrigerium per
 æstu laborum suavit, Marc. 6. *Venite in desertum locum, & re-*
quiescite pauillum; sed & ipse S. David hoc medio usum
 fuisse pro respiratione, testatus est Psal. 118. *Os meum aperui*
(utique per orationem) & attraxi Spiritum: Atque hæc videri
 licet sunt tres efficacissimæ causæ, quæ facilè persuadere possunt

sunt Pastori, ut summum semper Orationis desiderium excitet, & conservet. Certè id ipsum non modò Christus (dum & Pastoris officium suscepturus per 40. dies continuos priùs Orationi vacavit, & idem munus Apostolis commissurus decem dies in eodem Orationis exercitio occupari voluit) sed alij etiam Zelosissimi quique Pastores exemplo suo docuerunt, utpote, quos constat tantò magis Orationi addictos fuisse, quantò magis in obeundo veri Pastoris munere excelluerunt, ut adeò meritò huc quadrare videatur verissimum illud S. Augustini hom. 40. effatum: *Rectè novit vivere (& Pastoris officium gerere) qui rectè novit orare.*

Qu. 3. *Quare mortificatio tantopere necessaria sit Pastori?*
 R. ob tres causas. Primò, ut fructuosè munere suo fungatur, cum enim ad fructum hunc procurandum tria potissimum media, nempe Exemplum, Verbum & Oratio sint necessaria, ut paulò antè ex S. Bernardo dictum, facile apparet, non posse Pastorem optatum ex suis functionibus fructum sperare, nisi in mortificationis studio priùs fuerit bene exercitatus, & malè ordinatas animi affectiones moderari, amorèque proprium subjugare didicerit. Hinc Christus Luc. 14. Apostolis ad Pastoris officium vocatis, mox ab initio dixit, *qui non renuntiat omnibus*, id est, omnem inordinatam affectionem erga res creatas, & se ipsum exuit, ac deponit, *non potest meus esse discipulus*, ut adeò verè dixerit S. Paulus Gal. 5. *Qui Christi sunt, carnem suam crucifixerunt cum concupiscentiis suis*; sic enim, ut palmites bene putati eidem Christo velut Viti uniri merebuntur, multùmque fructum facient. Secundò, ut securè munere suo fungatur; nam, ut egregiè S. Chrysostomus l. de Sacerd. ostendit, *in medio civitatum, nationisque prava, Fera illa* (ita passiones animi appellat) *multò plus habent ad delinquendum, exorbitandùmque ab aquo, nutrimenti.* Hinc sicut miles domi latitans facilè infirmitatem suam dissimulat; verùm quando cum hoste conferendæ sunt manus, statim patescit, quis sit; ita, qui domi suæ intra angustias cellæ manet abditus, defectus, imperfectionesque suas facilè occultat; is verò, cui cum Mundo confligendum est, & ejus spectaculum fieri debet, excellentis sit virtutis, mortificationisque oportet; hinc S. Paulus 1. Corinth. 9. de se ipso testatur. *Ego igitur sic curro, non quasi in incertum; sic pugno non quasi*

æram verberans, sed castigo corpus meum, & in servitium redigo, ne, dum aliis predicavero, ipse reprobus efficiar, Tertiò, ut liberè munere suo fungatur; cum enim ad hoc recipitur, ut ipse prius liber sit ab omni vitio, & inordinatâ affectione, cupiditatis præcipuè, & timoris (ne alioqui audiat Medice, cura te ipsum) hoc autem non nisi beneficio conueniæ & generosæ mortificationis obtineatur, facile apparet nunquam Pastorem vitia liberè reprehensurum, aut suas functiones obiturum, nisi prius per insigne studium mortificationis illud regnum obtinuerit, de quo Seneca in Hecule ait: Rex est, qui metuit nihil: Rex est, qui quoque cupit hoc regnum sibi quisque dat.

Qu. 4. *Quare humilitatis studium illi tam necessarium sit, ob tres causas. Primò, quia ad functiones optimè disponit; cum enim DEUS ad summa quæque opera (qualesque etiam est munus pastorale) plerumque assumat ignota & infirma instrumenta, negari non potest, optimam dispositionem allaturum eum, qui se ipsum vilipendens, & pro inutili instrumento reputans, totum se supremi Motus arbitrio, dispositionique committit. Secundò, quia sub his functionibus Pastoralibus mirè roborat contra respectus humanos, seu inordinatum timorem displicendi hominibus, qui timor meritò præcipuum obstaculum creditur, quo minus Pastores officio suo liberè fungantur, atque adeò operæ fructu potiantur: Contra hunc autem fortissimè roborat humilitas, utpote efficiens, ut soli DEO placere cupiant Pastor, quidquid homines de se sentiant, aut judicent, parum curet, memor saluberrimi consilii, quod S. Climacus sapienter dedit, dum dixit: Prima virtus Monachi (Quidni & Pastoris?) est, hominum de se iudicia contemnere; exemplo felicis præclari illius Pastoris, qui Galat. 1. dixit: Si hominibus placere, Christi servus non essem. Tertiò, quia post functiones contra vanam gloriam ob felicem successum potius protegit: nam, ut bene S. Augustinus monet, nisi bonitas omnia quacunquæ benefacimus, & præcesserit, & comitatus, & subsequuta fuerit, iam nobis de aliquo facto bono gaudentes totum extorquet de manu superbia.*

§. II.

De Medijs Corporalibus.

Qu. 1. *Qua media corporalia Pastori necessaria sint?* Re-
spondetur tria præcipuè, scilicet victus, amictus, & habitatio, de qui-
bus S. Paulus ad Timoth. 1. Tim. 6. scribens sic loquitur: *Est
autem Quæstus magnus, pietas cum sufficientia, nihil intuli-
mus in hunc mundum, haud dubium, quod nec auferre quidem
possumus; habentes autem alimenta, & quibus tegamur, his
contenti simus.*

MEMBRUM I.

De Victu.

Qu. 1. *Quid circa victum observare debeat Pastor?* Resp.
hæc præcipuè. Primò, ut *sobrius sit*, id est, omnis intempe-
rantia tam in cibo, quàm in potu studiosè vitetur. Secun-
dò, ut *simplex sit*, id est, ex communibus, minimèque exqui-
sitis, aut copiosis ferculis, potuque instructus. Tertio, ut
ordinatus sit, id est, ut servetur Ordo *intentionis*, per quam
sumptio talis victus ad majorem DE I gloriam, perinde ut
aliæ actiones, ordinetur. Ordo *temporis*, ut scilicet, quantum
fieri potest, certa refectionis tempora observentur, & extra
illa non facile absque legitima causa quidquam cibi & potus
sumatur. Ordo *pietatis*, quæ suadet, ut ante mensam Bene-
dictio præcedat, & post eam gratiarum actio reverenter ac
devotè peragatur, suâque ipsi etiam animæ per lectionem
spiritualem portio tribuatur, tunc enim sperare poterit Pa-
stor, impletum iri, quod S. Chrysostomus Hom. 79. ad Popul.
dixit: *Mensa ab oratione sumens initium, & in orationem de-
sinens nunquam deficiet.*

Qu. 2. *Quare Pastor sobrietati & abstinentia tantopere stu-
dere debeat?* Re. ob has causas. Primò, ob *sanitatem conser-
vandam*: ut enim in multis escis erit infirmitas, ita, qui absti-
nens est, adjuvet vitam, teste Siracide Eccl. 37. quam haud
dubiè Pastor tantò majore studio conservare debet, quantò
aptius illa instrumentum est ad propriam Pastoris & alienam
salutem procurandam. Secundo, ob *castitatem defenden-
dam*: nam, ut rectè S. Augustinus p. 3. curæ past. adm. 20.
dixit,

dixit, dum venter satietate extenditur, aculei libidinis extantur. Econtrariò verò sine Baccho & Cerere frigere Verem, commune habet adagium. Tertiò, ob pastorale officium rectè exercendum; ut enim Pastor vinolentus se & cre in manifestum vitæ periculum præcipitat, ita idem de Pastore Clerico sentiendum; quis enim non videt, eum quum non tantum scandalo, sed etiam periculo vinolentus libe miebrius Pastor Sacramenta Baptismi, Pœnitentiæ, Eucharistiæ, & Extremæ Unctionis, ad quæ conferenda semper paratus esse debet, sit administraturus. An non confusio & ignominia est, IESVM Christum Crucifixum, pauperem & esumtem factis predicare corporibus, & ieiunorum doctrinam habentes Buccas, tumentiaque ora præferre, ut rectè dicitur in cap. Ecclesiæ principes dist. 35. *Væ, væ ergo tibi, Clerice, tu natus rectè S. Bernardus in declamat. Mors in olla, mors in delictis est, non modò, quia secus introitum delectationis esse cognoscitur, sed ob id maximè, quia Populi constat esse peccata, quæ comedis.*

Qu. 3. An consultum sit, ut Pastor Convivia in Nuptiis, Anniversariis Dedicacionibus institui solita frequentet? Non dubium esse, quin melius facturus sit Pastor, si ad ea quantumcunque invitatus venire recuset, idque ob tres potissimum causas, quarum primam Concilium Aquileense Can. de vita & hon. Cleric. indicavit, dum dixit: *Convivia & familiam Laicorum familiaritatem multarum offensarum, & scandalorum originem Clerici in quocunque statu constituti declinare ac fugere debent.* Alteram Concilium Ravennate nescitium expressit his verbis: *Ne Clerici Laicorum Convivia frequentent, quia valdè dedecent honestatem Clericalem, ipsorumque Clericorum vilescere faciunt auctoritatè; siquidem, ut Hieronymus Epist. ad Nep. ait, facile contemnitur Clericus qui saepe vocatus ad prandium ire non recusat.* Et adijungit: *nescio enim, quomodo etiam ipse, qui deprecatur, ut erubescat cum acceperis, viliores te iudicat, & mirum in modum, si rogantem contempseris, plus te postea veneratur.* Tertiam Solomon Prov. 23. c. indicat: *Noli esse in conviviis Potatorum, nec in comessionibus eorum, qui carnes ad vescendum comederunt; quia vacantes potibus & dantes symbola consumerunt.* c. 6. n. 42. nam, ut bene Trithemius advertit, convivia in

moderata, & mentem virtutibus exuunt, & Bursam nummis
vacuam reddunt. Quare, ut tandem S. Hieronymus l. c. con-
cludit: *Consolutores non potius ipsi Laici in maroribus suis, quàm*
Convivas in prosperis noverint.

Qu. 4. *Quid observandum sit Pastori in convivio, si ea cha-
ritate vel auctoritate cogente adire compellatur?* R. et si raro
ejusmodi casus contingere queat, si semel resolutionem &
aversionem suam seriò ostendat; si tamen aliquando contin-
gat, hæc ipsi documenta præ cæteris observanda putem. Pri-
mum est, ut exemplum S. Gregorij Nazianzeni secutus, non
tam ire se sponte, quàm altiori potestate aut motivo tractum
esse &, ut S. Chrysostomus monet, pro supplicio potius, quàm
animi remissione ejusmodi convivia se habere, palàm osten-
dat; sic enim efficiet, ut invitantes, & venerationem erga
ipsum majorem concipiant, & verecunda commiseratione
permoti, frequentiori invitatione ipsi molesti esse desinant.
Secundum est, ut juxta Salomonis Prov. 23. consilium dili-
genter attendat, *qua apposita sunt ante faciem suam, & statuat*
cultrum in gutture suo, ne desideret immoderatè de cibis eius,
in quo est panis mendacii; multò minùs verò de potu, in quo
est vinum fallaciæ & stultitiæ. Certè hîc verè suo modo Ho-
spes invitans dicere potest: Clerice, comede & bibe, ut vi-
deam te, id est, ut cognoscam, quantum in virtutibus & ab-
negatione profeceris; nam Jacobo teste, c. 1. *si quis putat se*
Religiosum esse, non refranans linguam (& gulam) suam, sed
seducens cor suum (per inordinatum cibi & potùs appetitum)
huius vana est Religio. Tertium est, ut strictè observet S.
Pauli Eph. 4. saluberrimam doctrinam in tali occasione:
Omnis sermo malus ex ore vestro non procedat, sed si quis bonus
ad adificationem, ut det gratiam audientibus. Id, ut conse-
quatur, primò juxta monitum S. Jac. 1. c. *sit velox ad au-*
diendum, tardus autem ad loquendum; deinde, ubi audierit,
juxta doctrinam Siracidis Eccl. 5. *Si est ipsi intellectus, respon-*
deat Proximo: Sin autem, sit manus eius super os suum, ne ca-
piatur in verbo indisciplinato, & confundatur: honor & glo-
ria in sermone sensati; si ergo loquendum, loquatur tanquam
sermones DEI, juxta S. Petri monitum

1. Petri 4.

MEM-

MEMBRUM II.

De Amictu.

Qu. I. Quid circa amictum Pastor observare debent? univēsum observandum, quod in Synodo Aquisgranensi prima Cap. 1. 24. definitum est: *Canonicis totis viribus laborandum est, ut & indumenta virtutum habeant interiora, & primum moderatum cultum caveant dehonēstare Religionis dignitatem exterius.* In specie verò studeat primò, ut *honestus sit, id est neque nitorem nimium, nec sordes præferens.* Ita S. Hieronymus ad Nepotianum scribens monuit his verbis: *Ulpulas aquè devota ac candidas, ornatus & sordes pari modo fugienda sunt, quia alterum delicias, alterum gloriam reddidit.* Et iterum ad Eustochium: *Vestis nec nimis munda sit, neque dida; & nullà diversitate notabilis, ne ad te obvium præsentium turba consistat, & digito monstreris; siquidem nec delectata sordes, nec exquisita munditia conveniunt Christianis, quanto minus Clerico? Caveat ergo Pastor, ne propter immoderatum vestium cultum ijs annumerari mereatur, de quibus idem S. Hieronymus questus est: *Sunt quidam in Ordine, quibus omnis cura est de vestibus, si bene oleant, si per lacum pelle non rugeat; crines calamistræ vestigio rotantur, digiti in annulis radiant, & ne plantas humidior via spargat, curæ imprimunt summa vestigia; tales cum videris, sponsas magis estimato, quàm Clericos.* Secundò, ut *simplex sit, id est, nihil pretiosum quoad materiam: nihil curiosum quoad formam, nihil delicatum quoad odorem spirans; nam, ut prudenter advertit Dionysius Richel de vita Eccles. quanto ministri Ecclesie tenentur præ Laicis esse honestiores, eò debent præ Laicis in vestitu simpliciores & humiliores, & magis excelsiores esse, implerèque illud, quod in Ecclesiastico c. 11. legitur: *In vestitu ne glories unquam;* quibus consonat, quod Innocentius Secundus cap. feri. 21. q. 4. præcepit in hac verba: *Præcipimus, ut tam Episcopi, quàm Sacerdotes & Clerici in statu mentis, & in habitu corporis DEO & hominibus suis complacere, & nec in superfluitate, vel scissura aut colore vestium, nec in tonsura, intuentium (quorum forma & exornatio esse debent) aspectum offendant; sed potius, quod cornu dicitur sanctitatem, observent.* Præcipuè autem intolerabilis**

tur eorum abusus, qui se, suasque vestes odoriferas reddunt, nam, ut bene S. Chrysostomus in orat. 1. de Lazaro advertit: *Clericos non oportet olere unguentum, sed virtutem spirare; nihil immundius animam, quoties corpus talem habet fragrantiam; quia Corporis ac Vestium fragrantia arguit intus latere animum graveolentem & immundum.* Cùm enim diabolus aggressus delicis enervaverit animam, omnique vitiorum genere repleverit, tum eo in corpore suæ corruptionis lectum oblivit unguentis. Tertiò, ut fit Clericalis; qualis erit, si Clericorum honestorum in eadem Diœcesi aut Provincia habitantium habitui fuerit conformis. Ad quem quidem Concilium Tridentinum sess. 14. de reform. c. 6. egregiè hortatur sequentibus verbis: *Etsi habitus non facit Monachum, oportet tamen Clericos, vestes proprio congruentes Ordini semper deferre, ut per decentiam habitus extrinseci morum honestatem intrinsecam ostendant;* in specie verò, quæ vitanda sit in habitu Clericali, clarè Innocentius Tertius declaravit, dum dixit: *Clausa deferant desuper indumenta, nimia brevitate vel longitudine non notanda: pannis rubris aut viridibus, nec non manicis, aut scapularibus consutitiis, franis, sellis, pectoralibus, calcaribus deauratis, aut aliam superfuitatem gerentibus non utantur: Cappas manicatas ad Divinum officium intra Ecclesiam non gerant; sed nec alibi, qui sunt in Sacerdotio & personatibus constituti, nisi iusta causa timoris exegerit, habitum transformari, fibulas omnino non ferant, nec corrigias auri vel argenti ornatum habentes, sed nec annulos, nisi quibus competit ex officio dignitas.*

Qu. 2. Quas ob causas Pastor hanc honestatem in vestibus procurare debeat? R. ob tres præcipuè. Primò, ad propriam excitationem; nam habitus Ecclesiasticus est quasi assiduus admonitor animo intus susurrans, quòd olim priscum Atheniensem Ducem, dum vestes ducales induebat, sibi dixisse ferunt: *Vide, ne quid indumento isto indignum feceris;* unde obiecta ministerij sui sanctitate & dignitate non modicè cohibebitur, ne in scurrilitates, nugasque verborum inaniter effundatur, & modestiæ terminos excedat. Secundò, ad proximam adificationem; nam habitus Clericalis Ecclesiæ impo-
nentis benedictione & comprecatione, quasi cælesti rore perfusus, fragrantiam gratiæ & sanctitatis spirat, ita ut de Sacerdotibus

toribus illum deferentibus Ecclesia dicere possit cum Jaco-
 Gen. 22. *Ecce odor filij mei, sicut odor agri pleni, cui benedixit*
Dominus: eique optari queat illud Apostoli, 2. Cor. 2. Clericus
bonus odor sumus in omni loco; unde ipsi sermones etiam in
familiari sermone de pietate instituti virtutem quandam
efficaciam haurient, ita ut, etsi eloquium quiescat, ipse locus
sonet, occursuque suo vitia suffundat, quemadmodum Teren-
lianus l. de Pallio c. ult. loquitur. Tertiò, ad propriam
defensionem: sicut enim nemo Clericum injuriosè tangere au-
det sine Sacrilegio; ita nec mundus, nec Affectus ipsius ad
nitates & insanias suas provocare audebunt illum, quoniam
habitu Clericali & rursus tanquam lorica justitia, & gallica
luteis viderint communitum.

Qu. 3. *An conveniens videatur, ut Pastor die festo noster*
veste indutus procedat? R. ad hoc quæsitum jam olim
 Leonem magnum respondisse his verbis: *Rationabile & quod-*
dammodo Religiosum videtur, ut habitu corporis hilaritas
mentis ostendamus; quia ipsam quoque orationis domum pro-
spicere tunc curâ & ampliore cultu, quantum possumus, ad-
miramur; ut huiusmodi contemplatione anima Christiana, que
templum, virtutumque DEI templum est, speciem suam præ-
exornet, & redemptionis suæ celebratura Sacramentum, per
circumspectionem præcaveat, ne ulla eam macula iniquitatis
fuscet, aut duplicis ruga cordis dedecoret; nam quid præ-
neflatam formam præferens cultus exterior, si interiora hominum
aliquorum sordeant commemoratione vitiorum? omnia quæ
quæ animi puritatem & speculum mentis obnubilant, ab-
ergenda sedulo, & quadam eliminatione radenda sunt.

MEMBRUM III.

De Habitatione.

Qu. 1. *Quid circa habitationem observare debent Pastores?*
 R. sequentia præcipuè. Primò, *Integritatem*; nam quædam
 domum parochialem, quantum per proventus annuos
 rit, reparandam & conservandam obligetur. Concilium
 Trident. Sess. 21. de reform. c. 7. definiivit. Secundò, *Modest-*
riam; utpote quæ non ad sanitatem duntaxat, sed etiam
 cationem plurimum confert. Tertiò, *Commoditatem*
 scilicet, quantum fieri potest, cubiculum, in quo studeat

dormiat, & alias functiones officij sui peragat, distinctum ab habitatione domesticorum habeat; sic enim & quietis ad studia necessariz, & auctoritatis, quæ per familiarem & communem cohabitationem facile minuitur, conservatio exigitur videtur. Unde vulgare illud proverbium: *Secretum meum mihi*; vel maximè huc applicandum est.

Qu. 2. *Quid circa suppellectilem domus observare debeat?* R. sequentia pariter observanda. Primò, ut sit *sufficiens*, id est, quicquid ad communes necessitates requiritur, contineat. Secundò, ut *simplex*, id est, neque quoad materiam, neque quoad formam nimis pretiosa aut curiosa sit, ut fieret, si vasa & patinas pro communi usu ex auro vel argento elaboratas, aut cimelia pretiosa haberet. Tertiò, ut *munda* sit, ob rationem supra dictam; nec enim satis explicari potest, quantum de bona existimatione decedat Pastori, si passim omnia in domo sordida conspiciantur, neque dignitatis suæ condignam æstimationem habere agnoscat.

§. III.

De Redditibus Pastoris.

Dupliciter redditus hi accipi possunt. Primò *latè*, prout omnem titulum, ex quo necessaria ad sustentationem media acquirere potest Pastor, comprehendunt. Secundò *strictè*, prout solum titulos onerosos complectuntur. Utroque modo sumpti subdividi possunt in activos & passivos; *activi* sunt ipsi tituli, ex quibus vel pecunia, vel etiam alia media ad sustentationem acquiruntur; *passivi* sunt ipsæ res, quæ percipiuntur: Hoc loco de redditibus passivis latè acceptis potissimum erit sermo, qui quidem ad octo potissimum revocantur, videlicet ad Decimas, Primitias, Oblationes, Stipendium, Negoriationem, Censum, Donationem, Successionem hæreditariam, de quibus breviter aliquid hoc loco dicendū.

MEMBRUM I.

De Decimis.

Qu. 1. *Quid de Decimis potissimum sciendum & observandum sit Pastori?* R. hæc præcipuè. *Sufficiens cognitio, Studiose collectio, Sollicita conservatio.*

Instructio IV.

D

Qu. 2.

Qu. 2. *Qualis cognitio requiratur?* R. triplex. Primò, *cognitio natura Decimarum*, ut scilicet sciat, quid sint Decimæ, videlicet quòd sint omnium Bonorum licite quæsitum quota pars DEO, ejusque Ministris, divinâ institutione præcipiente, humanâ verò constitutione dictante, etiam ratione naturali debitâ; vel brevius, quòd sint decima pars fructuum, ad quam petendam competit Jus Ecclesiæ Parochialibus ratione ministerij Sacramentorum. Et dividitur in *Prædiales* seu *Reales*, quæ ex Prædiis colliguntur, & *Personales*, quæ nomine Personæ, seu lucro humanâ industria quæsito comparantur; inter quas duplex discriminat intercedit, nimirum, quòd personales non persolvantur, nisi deductis expensis, & solùm à Parochia, ubi Sacramenta recipiuntur; nec à Clericis Regularibus, Monachis, & Jureis exigantur, sicut prædiales. Secundò, *cognitio personarum à quibus exigi possunt*, quales sunt omnes Laici privilegio speciali non exempti, aut qui per legitimam præscriptionem à tali onere se non liberârunt; imò & ipsi Clerici ac Regulares respectu prædiorum, quæ vel à Laicis comparantur, vel per Colonos colunt, vel conduxerunt. Tertio, *cognitio rerum & locorum*, in & ex quibus debentur; videlicet per se omnibus fructibus, qui vel ex prædio, vel hominis ministerio sunt producti, atque aded non tantùm ex agris, vineis, hortis, piscibus, apibus, lacte, lana, & fætibus animalium nutritorum, venationibus, aucupijs, pascuis, silvis, sed & ex negotiatione, artificio, stipendio, advocacione, mercatorum, lapicidinis, fodinis, molendinis &c. dixi *per se*, quia defunctum per consuetudinem introductum est, ut ferè ex agris duntaxat, & vineis Decimæ persolvantur.

Qu. 3. *Quid circa collectionem observandum sit?* R. brevitas præcipuè. Primò, ut *legitimè* colligat; scilicet in prædialibus quidem decimam partem fructuum naturalium spectatorum, id est, sine deductione expensarum; in Personales verò non nisi fructuum civiliter (id est, secundùm consuetudinem & interpretationem Juris civilis, quod expensas persolvendi deduci vult) consideratorum; hi enim ex sola auctoritate Ecclesiæ debentur, neque ullum de illis in veteri lege præceptum extat, uti Barb. c. 28. §. 1. de offic. Paroch. n. 35. addit. Secundò, ut *integrè* colligat; quem in finem potest

excludendas fraudes Custodes apponere, vel prohibere, ne fructus ex agris auferantur, nisi solutâ prius decimâ, vel nisi ipse aut alius ab eo constitutus sit præfens. Imò, qui solvere tenetur Decimas, debet ad instantiam Pastoris jurare de vera quantitate soluta; nec tenetur Pastor stare sola assertione Coloni, ut Covarr.c. 17.n.8. apud Hauckium in Epinomia V. decima. n. 34. & 35. monet. Tertiò, ut efficaciter colligat; quem in finem scire oportet modos, quibus cogi possint, qui negant Decimarum persolutionem, nimirum quòd debeat Laicus Conductor coram Judice Ecclesiastico conveniri, & hic, omni appellatione remota, debeat ex Officio procedere; & etiam excommunicare pertinacem, ipse verò Pastor interea Sacramenta negare possit juxta Monetam apud Hauck. n. 13, 14. & 18.

Qu. 4. *Quid circa Conservationem observandum?* R. primò, ut non statim cedat eas negare volenti; sed meminerit, Parochum de jure communi habere fundatam intentionem respectu omnium Decimarum intra Parochiæ suæ limites existentium, & ita quidem, ut ipsum jus percipiendi Decimas nulli Laico competere possit; imò nec ipsi Episcopo post factam Parochiarum divisionem, uti apud Barb. de off. Paroch. c. 28. §. 2. n. 3. & seq. videre est; quia Decimæ dantur ratione ministerij spiritualis, quod solus Parochus administrat. Secundò, ut, si quis in judicio contendere cum ipso velit de jure Decimarum, sciat, in petitorio assistentiam Juris se habere, atque aded non teneri, probare Decimas sibi competere, sed contrarium asserenti onus probationis relinquere debere, ibid. num. 9. Tertiò, ut diligenter caveat, ne præscribantur Decimæ, id quod fieri posset non quidem ab ipsis Laicis (nisi ante Concilium Lateranense, aut ex Privilegio specialî Pontificis à tempore immemoriali jus sibi tale competere probent) sed ab Ecclesiasticis aliis quadraginta annorum spatio cum titulo, & sine hoc per possessionem ab immemoriali tempore habitam. ibid. l. c. n. 55.

Dubia moralia.

Qu. 1. *An Pastor possit propriâ auctoritate Decimas capere?* R. negativè cum Moneta, de Decimis c. 5. qu. 3. concl. 4. sed peti debent, & si negentur, ad Ordinarium recurri.

D 2

Quia

Quia, ut bene advertit Layman, non est univèrsim Credi-
tū concessum, propriā auctoritate bona debitoris invadere, et
que possessione ad debiti recuperationem spoliare.

Qu. 2. *An Pastor ipsemet per suos colligere debeat Decimas?*
R. cum Covarr. & aliis pluribus apud Laym. l. 4. trad. c.
c. 1. n. 2. affirmativè, si solum Jus commune spectetur, ut
in quo nihil de hoc onere per Parochianos suscipiendo tra-
ctum videtur; & ratio est, quòd Ecclesia se tanquam usufruc-
tuaria & pensionaria habeat comparatione Decimarum, et
proinde meritò satisfieri dicitur, si pensio in eo loco, in quo
res frugifera sita est, solvatur, nisi aliter conventum, aut
consuetudinem introductum sit.

Qu. 3. *An Pastor Decimas aliis vendere queat?* R. cum
eodem ibid. c. 6. n. 2. & 3. si jus Decimarum formaliter
datur, quatenus in obligatione ministrandi spiritualia
datum est, non posse sine Simonia vitio vendi, aut cum
temporali permutari, eò quòd Laici sint incapaces talis
si tamen materialiter spectetur, vendi & locari posse, etiam
sic temporale quid sint, atque adeò æstimationem tempo-
ralem recipere queant.

Qu. 4. *An etiam à pauperibus in gravi necessitate compulsi
exigere Decimas possit?* R. cum Suar. to. 1. de rel. tr. 2. c.
n. 16. & 18. posse quidem *per se*, cum multi doceant, etiam
star debiti, in quo non habetur ratio paupertatis, prohiberi
bere; nihilominus tamen plerosque Recentiores Auctores
monere, non esse in tali casu exigendas, eò quòd præcep-
tum de solvendis Decimis merè Ecclesiasticum sit, non
credibile sit, Ecclesiam velle, ut à Fidelibus cum tanto
re Decimæ exigantur; Imò Ferd. de Castro & alij docent
etiam debitum in gravi necessitate penitus extingui.

Qu. 5. *An ex agris Iudaorum & aliorum Infidelium
Decimas colligere?* R. ex cap. de Terris. affirmativè, quia
Ecclesia non debet fraudari jure quæsito in prædio propter
delitatem acquirentis; secus foret de Decimis Personarum
quia cum tales Sacramenta percipere non queant, etiam
Decimas eo titulo persolvendas compelli non possunt.

Qu. 6. *An etiam ex Bonis Clericorum Decimas exigi
queat?* R. juxta c. 2. vers. illi profectò, si prædia vel
sint talia, ex quibus Clerici Clericali jure vivunt; aut
fructus

fructus, quos ipsi Clerici ex Clericali Officio percipiunt, non posse ex illis Decimas accipi: secus verò, si sint prædia saculari jure, v. g. per hæreditatem, aut emptionem comparata.

Qu. 7. *An de minimis rebus exigi Decima debeant?* Resp. negativè cum Barb. de off. Paroch. c. 28. §. 1. n. 33. quia indecens est, & rationi minùs consentaneum, ut Ministri Ecclesiæ sint exactores minimorum, cum hoc virtuti liberalitatis repugnet & vitium avaritiæ in Personis maximè Ecclesiasticis improbetur; ubi tamen consuetudo loci aliud suaderet, illi standum est.

Qu. 8. *An etiam ex Novalibus (id est, agris nunc primùm ad culturam redactis, de quibus, quod aliquando culti fuerint, memoria non extat) Decima exigi possint à Pastore?* R. affirmativè ex cap. Quoniam. 13. de decim. l. 3. tit. 30. cum tales agri verè etiam ad Parochianos spectent, ut supponitur, atque adeò non appareat causa, cur non ex illis etiam Decimas pendere debeant Parochiani: Imò si quis legitimam præscriptionem contra Decimas haberet, eam tamen ad Novalia se non extendere, docet Barbosa de off. Paroch. c. 28. §. 2. n. 58. & 59. cum plurimis Auctoribus, eò quòd in præscriptione utpote odiosa stricta interpretatio sit facienda.

Qu. 9. *An si Decima in aliena Parochia sint constituta, illa adhuc proprio Pastori debeantur?* R. hac in re potissimùm consuetudinem esse attendendam, hac tamen remotà probabilius esse, quòd prædiali potiùs Ecclesiæ, quàm Sacramentali debeantur, eò quòd etiam prædialis Ecclesia parata esse debeat ad Sacramenta ministranda, licet per accidens supposita mutatione domicilij id non faciat. atque ita docet Barb. ibid. n. 36. cum S. Thoma & pluribus à se allegatis.

Qu. 10. *An si Parochianorum aliquis Decimas per modum compensationis ob debitum à Pastore apud ipsum contractum retinere velit, Pastor id tolerare debeat?* R. negativè, cum in Decimis futuris non admittatur compensatio; uti Rebuffus apud Hauckium docet.

Qu. 11. *An quartam partem Decimarum Episcopo offerre debeat Pastor?* R. ita quidem ob varia Juris Canonici Capitula Doctores communiter sentire; sed cum pluribus in locis Episcopi ex propriis foundationibus, aliisque titulis sufficientem sustentationem habeant, ideò quartæ hujus partis oblationem

tionem in pluribus Diocæsis omnino in defuetudinem venisse, Laym. l. 4. tract. 6. c. 4. n. 6. testatur, ubi addit tamen Episcopo Decimas competere ex Parochiis, quæ immemorialiter ipsius curæ subjectæ sunt.

Qu. 12. *An si Parochiani per consuetudinem non solvunt Decimas allegatam eximere se velint à Decimis perfolvendis, Pastor omittere debeat earundem exactiorem?* R. affirmative cum communi sententia apud Barb. de off. Paroch. c. 1. §. 1. n. 69. modò probetur cum requisitis immemorialis, seu legitime præscriptionis.

Qu. 13. *Si in loco, ubi fieri debet solutio Decimarum, nulla est consuetudo, vel dubia tantum, quomodo Pastor eas decimas exigere debeat?* R. Idem n. 72. in tali casu consuetudinem viciniore loci attendendam esse, semperque partem consuetudinem generali, & eam, quæ favet Parochiæ Ecclesiæ, utpote rationabiliorem & juri conformiorem præferendam esse.

M E M B R U M II.

De Primitiis.

Qu. *Quid sint Primitiæ?* R. esse primos fructus terræ quotvis anno collectos; seu, ut fusiùs Barbosa de off. Paroch. c. 1. n. 1. describit, esse primitiva frugum, quæ in recognitionem Divini Beneficij, quo jucundissimos terræ fructus habemus, DEO tanquam Creatori & Datori illorum rependantur; de quibus DEVS Num. 18. olim locutus est, dicens *Quidquid offerunt Primitiarum Domino, tibi* (scilicet Aaron) *dedit; universa frugum initia, quas gignit humus, & Domini deportantur, cedent in usus tuos.*

Dubia moralia.

Qu. 1. *An Pastor defacto à suis Parochianis Primitias exigere possit?* R. affirmative, in ijs locis, in quibus consuetudo non sunt abrogatæ: Ita Barb. cum alijs. Layman tamen l. 4. tr. 6. c. 7. n. 1. testatur, in plerisque locis earum obligationem in defuetudinem venisse, eò quòd potissimum propter Ministrorum sustentationem sint constitutæ; nunc autem ex Decimis & Oblationibus hæc sustentatio satis habeatur.

Qu. 2. *Quanta pars fructuum pro Primitiis exigi debeat?*

ubi consuetudo viget? R. etsi in S. Scriptura non sit determinata quantitas earum, S. Hieronymum tamen apud Barb. l. c. n. 6. testari, quòd ex Majorum traditione inductum fuerit, ut major pars Primitiarum esset quadragesima, minor sexagesima, simulque etiam in arbitrio solventis foret, majorem vel minorem partem dare de terræ fructibus. De animalibus enim solam primogenituram aut æstimationem pro pretio dabant.

Qu. 3. An Pastor Sacramentalis Ecclesia eas exigere queat? R. negativè cum Azor. Fagund. & pluribus aliis apud Barbofam; quia, cum Primitiæ sint onus prædiale, non personale (offeruntur enim DEO in recognitionem dominij naturalis, quod habet in omnes fructus terræ) rectè etiam illi Parochiæ, in qua prædia existunt, non verò illi, in qua Sacramenta percipit Parochianus, persolvuntur, nisi consuetudo in contrarium obstet.

MEMBRUM III.

De Oblationibus.

Qu. 1. Quid de his Oblationibus Pastor potissimum scire debeat? R. Quinque potissimum. Primò, quid sint. Secundò, quotuplices. Tertiò, quis eas offerre possit. Quartò, quæ sit obligatio eas dandi. Quintò, ad quem pertineant.

Qu. 2. Quid intelligatur per Oblationes? R. cum Barb. de off. Paroch. c. 24. n. 1. in genere quidem per eas intelligi actiones omnes, per quas res aliqua ad Divinum cultum exhibetur; propriè tamen per illas solùm intelligi res illas, quæ intuitu Religionis immediatè DEO ab hominibus absque immolatione exhibentur, ut vel in usum Ecclesiæ, vel Ministrorum ejus cedant.

Qu. 3. Quotuplices sint Oblationes? Resp. Idem Barbosa n. 3. tres præcipuè species assignari: Prima donatio inter vivos vocatur, facta DEO & Ecclesiæ. Secunda donatio mortis causâ, quæ fit pro animæ redemptione, & mortuarium appellatur. Tertia tandem usualis dicitur, & est illa, quam faciunt Fideles, dum varias res ad altare vel manus Sacerdotum offerunt.

Qu. 4. Quis eas offerre possit? Resp. id colligi posse ex conditionibus, quas comuniter Auctores requirunt, ut illæ DEO

sint acceptæ. Prima est, ut offerens sit Christianus, quibus Ecclesia non recipit ab Infidelibus Oblationes. Secunda est, Ecclesiæ, non privatis personis offerantur; quod eum offertur, donatio potius aut eleëmofyna, quàm oblatio vocatur. Tertia, ut de rebus licitè & honestè acquisitis offerantur, nam *dona iniqua non probat Altissimus*, teste Simoni Eccl. 38. *nec respicit in oblationes iniquorum, nec in multitudine Sacrificiorum, eorum propitiabitur peccatis*; hinc septem genera hominum arceri ab his Oblationibus docet Gratianus. Verb. Dona in c. 2. dist. 90. nempe dissidentes Fratres, Hereticores, Oppressores pauperum, Sacrilegos, Usurarios, carnaliter amantes servos suos ex Ecclesia, ad quam confugerant, & peccatè Pœnitentes. Idem etiam de Meretricibus eadem Gratianus sentit, & cum ea S. Thomas 2. 2. qu. 86. n. 3. ad 1. tum propter scandalum vitandum, tum propter reverentiam: Unde sententia hoc scandalo, posse Ecclesiam tum ab his Meretricibus, tum ab alijs Pœnitentibus accipere Oblationes, Suarez de relig. tract. 7. l. 1. c. 6. docet, modò res offerendæ non sint, quæ suis Dominis restitui debeant, aut alijs operibus charitatis sint obnoxia, puta Parentum, Filiorum, & pauperum sustentationi.

Qu. 5. *Quæ sit obligatio easdem Oblationes dandi?* Responsum per se non dari ullum præceptum de Oblationibus istis offerendis, cum nequaquam in SS. Canonibus aliquod tale præceptum reperiatur. Excipit tamen S. Thomas 2. 2. qu. 86. ar. 1. quatuor casus, si scilicet Oblationes, vel per mortuum census, pensionis aut conventionis antea factæ cum Ecclesia, aut ex Testamento, Legato, Donatione, Voto; aut ad necessariam Pastoris sustentationem; vel propter consuetudinem in spatio decem annorum introductam sunt faciendæ; in quibus enim casibus cogi possunt ad tales Oblationes offerendas.

Qu. 6. *Ad quem pertineant hæ Oblationes?* Responsum, eas de parochiali esse, uti ex Jure Canonico c. Quia Sacerdotes de caus. 10. q. 1. & vel ex ipso fine illarum colligitur; nam, quod propter Sacramentorû administrationem dentur, merito Pastori, ad quem administratio talis pertinet, deberi dicuntur.

Dubia moralia.

Qu. 1. *An, si Vicarius pro Parocho infirmo, vel*

impedito, Sacramenta Parochianis administrat, Oblationes istæ ad Parochum pertineant? R. negativè cum Hauckio, V. Oblat. n. 4. & aliis ibidem. Quia, cum in tali casu Vicarius onus sentiat, emolumentum quoque percipere debet.

Qu. 2. An, si Oblationes fiant alicui Capellæ in Ecclesia existent, Parochus eas tanquam sibi debitas accipere possit? Resp. affirmativè cum Barb. & aliis, nisi clarè constet, eas intuitu Capellæ relictas esse. In dubio autem Oblationes, quæ in aliquo altari fiunt, ipsius Ecclesiæ intuitu fieri præsumuntur.

Qu. 3. An Oblationes, quæ sacris imaginibus fiunt, ad Parochum potius, quàm Episcopum spectent? Resp. non deesse quidem multos, qui eas ad Episcopum pertinere contendunt, verior tamen videri sententiam Barbosæ de off. Paroch. c. 24. n. 29. & aliorum, eas Parocho adjudicantium, eò quòd iste fundatam habeat intentionem super omnibus obventionibus intra Parochiæ suæ limites obtingentibus.

Qu. 4. An, quæ in Capella vel Oratorio sito intra Parochiæ fines obveniunt, etiam ad Parochum pertineant? Resp. iterum affirmativè cum plurimis apud Barbosam, ibid. n. 24. idque hic verum putat, etiam si Oblationes fierent in Capellis, ubi distincta essent Beneficia.

Qu. 5. An Oblationes, quæ fiunt in Missa de Sponso in aliena Parochia, ad ipsum Celebrantem pertineant? R. affirmativè cum Barbofa, ibid. n. 23. quia ejus contemplatione dantur; secus sentiendum est de Oblationibus aliàs in parochiali Ecclesia sub Missa fieri solitis, has enim non ad Celebrantem, sed ad Parochum pertinere ex supradictis patet. Rectè tamen monet idem Auctor in hac materia plurimùm ad consuetudinem attendendum esse, atque adè, quoties à Fidelibus pro certo sine v. g. pro Missis, fabrica &c. præstantur, voluntatem eorum præcisè servari debere, neque aliud Parocho, nisi administrationem talium Oblationum permittendam.

M E M B R U M IV.

De Stipendio.

Qu. 1. Quid de Stipendio sciendum Parocho? R. tria præcipuè. Primò, quid sit. Secundò, à quibus petendum. Tertio, quomodo petendum.

Qu. 2. Quid stipendij nomine hîc intelligatur? R. intelligi mer-

mercedem pro functionibus Sacerdotalibus actu obedienter perfolvi solitam; et si enim Christus dixerit Apostolis Matth. 10. *Gratis accepistis, gratis date*: quia tamen mox addidit, *agnus enim est Operarius cibo suo*: hic autem cibus & sustentatio saepe ex Decimis, aut aliis proventibus sufficienter haberi non potest, merito perimititur, ut in subsidium ejusmodi stipendia à Parochianis exigantur.

Qu. 3. *A quibus petere Stipendium queat Pastor?* R. in genere ab omnibus, in quorum commodum particulare functionem aliquam Sacerdotalem peragit, in specie veteri ijs, quibus fructum sacrificij applicavit: ab infirmis, quibus Viaticum aut Extremam Unctionem dedit: ab ijs, quorum Confessionem Paschalem audivit: à Sponsis, quorum nuptias adstitit, & benedixit, à Parentibus vel Patris eorum, quos baptizavit: ab ijs, qui sumptus pro sepultura cujuscumque perfolvere debent: ab ijs denique, quorum domos aut altaria benedixit, aut à Puerperis, quas solemniter iterum in Ecclesiam introduxit.

Qu. 4. *Quomodo illud exigere debeat?* R. cum sequenti cautelis. Primò, ut *justè* exigat, id est, neque majus stipendium, quàm oportet; neque à pluribus, quàm decet, exigendo. Secundò, ut *moderatè* exigat; ita, ut ubi difficultas in offerendo apparet, facilè de rigore justitiæ aliquid remittat. Tertiò, ut *discretè* exigat, id est, tam ad circumstantias personarum, à quibus exigit; quàm ad decentiam Clericis status attendat, atque adeò neque importunus sit in exigendo; neque contentiosus in extorquendo stipendio, sed potius meminerit, lucrum, quod propter virtutem negligit, virtutem meliùs recuperari.

Dubia moralia.

Qu. 1. *Quam taxam in stipendiis exigendis Pastor adhibere debeat?* R. eam, quam loci consuetudo tulit: nam, ubi extat taxa legitima, seu per legem Superioris determinata, consuetudo diuturna à probis, peritisque usurpata quantitate pretii determinat, uti Navarrus cap. 23. n. 78. &c. communiter advertunt.

Qu. 2. *An, quando nimis avari sunt Parochiani, liceat pacisci de quantitate stipendij, si ea per consuetudinem aut*

periolem non est determinata? R. affirmative cum plurimis Doctoribus apud Dicastillo, n. 318. disp. 4. cum ejusmodi pactum nullam per se turpitudinem includat.

Qu. 3. An, si pretium rerum ad victum & vestitum necessarium crescit, licitè etiam maius stipendium exigi queat? R. posse, si consuetudo in tanta caritate non justum declaravit idem pretium, quàm in vilitate pretij; secus non potest, teste Vasquez to. 3. in 3. dub. 234. c. 3. num. 21.

Qu. 4. An, si quis non dedit iustum stipendium pro toto v. g. sacro, possit Pastor ab alio etiam dimidiam partem accipere? R. id quidem negare Lugonem & alios; sed æquè ferè probabiliter id affirmare Tamburinum, l. 3. c. 1. tr. 3. n. 53. benèque explicare decretum Congregationis pro contraria sententia citatum.

Qu. 5. An Pastor accepto pingui stipendio pro pluribus sacris dicendis, possit sibi reservare partem illius, & pro reliqua parte alios Sacerdotes, qui pro ipsius intentione celebrent, constituere? R. ita quidem olim docuisse Suarez, Tannerum, Palaum & alios universaliter de omnibus Sacerdotibus; sed hanc sententiam in tanta universalitate acceptam vetuit praticari Urbanus VIII. per decretum Anno 1625. editum, in quo tamen, quia Capellanos & Parochos excipit, non est, cur tali Pastori scrupulum ob tale factum faciamus; & ratio est, inquit Pater Gobat Alph. Sacrif. n. 572. quia offerentes censentur ex speciali affectu suis Pastoribus liberalius stipendium offerre, ergo meritò quoque illum excessum retinere videntur posse.

Qu. 6. An Pastor oneratus multis sacris dicendis, possit stipendia accipere pro aliis sacris, quæ tamen vix intra 50. aut 60. dies absolvere possit? R. id universaliter de omnibus iterum Sacerdotibus dicere Villalob. Ledesnam, Lugonem & alios: Imò Tamburin. ad tres menses hoc spatium extendere; quia tamen Congregatio Cardinalium voluit, non plura accipi stipendia pro sacris, quàm intra modicum tempus legere possit; censerem potiùs cum Dicastillo & Palao apud P. Gobat. n. 597. hac in re voluntatem rationabilem illius, qui obtulit stipendium, spectandam esse; unde si is pro præsententi necessitate sacrum petijt, non deberet diu differri, cum circum-

circumstantia temporis tunc ad substantiam pertinet, teste Lugone d. 21. num. 45.

Qu. 7. *An Pastor, qui praesb Ecclesia multis miraculis celebri, recipere possit stipendium, quod pro sacris vix intra unum alterumve annum dicendus offertur?* R. non posse, sed debet suam impossibilitatem ostendere, si alios constituere non possit; si tamen hac impossibilitate cognita, petentes minus nummos offerant, posse illum accipere, atque adhibitorum in uno vel pluribus sacris, peculiarem etiam collectionem inferendo, memorem esse debere. Id ipsum etiam licet notoria sit ista impossibilitas, cum non sit opus, ut singularem in memoriam revocet, teste Henriqu. & Tanna. apud eum P. Gobat num. 599.

Qu. 8. *An Pastor, qui sacrum legit anticipato pro eo, proximo stipendium oblaturus est, possit id postea à primo offerente accipere?* R. etsi id licite facere eum posse Henriqu. Bonac. & multi alij doceant apud P. Gobat. quia tamen hæc praxis à Clemente Octavo & Paulo Quinto damnata est teste Gavanto; & præterea varia incommoda ex ea orti sunt, rectè ea relinquitur à Pastore.

Qu. 9. *An Pastor possit manus stipendium accipere, si sacrum in certa ara & certo tempore celebrandum ab eo expectetur?* R. affirmativè cum Bonac. & P. Gobat. quia obligatio ad faciendum certo tempore & loco est verè pretio aestimabilis, ita ut pro quovis gravamine quinta pars communis stipendij exigi possit secundum Caramuelis opinionem.

Qu. 10. *An tutè conscientia possit Pastor pro uno sacrum stipendium sufficiens ad sustentationem unius diei accipere?* R. quidem sentire Henriqu. Cajet. & Petrum Navarum videntes, hoc solum esse justum pretium seu stipendium, quod sententiam etsi sequi possit videatur Pastor, rectius tamen sequendo sententiam Suarezij, Vasquezij, & D. apud & cum P. Gobat, asserentium sufficere, quod à vicariis indigentibus, & DEVM timentibus dari ac peti solet. Illud tamen facilius concedendum est, minus dimidia parte sustentationis non permitti per consuetudinem in Germania præscriptam, quamvis Layman sacrificantem quandoque tertium te contentum esse jubeat.

M E M B R U M V.

De Negotiatione.

Qu. 1. *Quid de hac Negotiatione potissimum sciendum sit Pastori?* R. præcipue tria. 1. Quid sit. 2. An, & quo modo prohibita. 3. Cur prohibita Pastoribus.

Qu. 2. *Quid sit Negotiatio?* R. cum Laymanno l. 3. tr. 4. c. 17. n. 37. & aliis, esse actionem, per quam merces eo animo emitur, ut carius postea distrahatur, lucri capiendi causâ. Duplex autem est hæc negotiatio, ut n. 39. & 40. idem Author docet. Primò, *proprie dicta*, per quam res integra & immutata lucri causâ venditur, uti plerumque Mercatores faciunt. Secundò, *improprie dicta*, per quam res empta, postea mutata & meliorata venditur, ut si ex hordeo cerevisia facta, porci aut boves ab Emptore saginati, aut equi parvi educati, lucri causâ vendantur.

Qu. 3. *An utraque hæc negotiatio prohibita sit Pastoribus?* R. etsi negotiatio per se non sit illicita; tum quia pretium pro mercibus expendi solitum laticudinem habet, ut ad eò pro infimo emi, & pro medio aut summo vendi queat; tum quia mercium pretia pro temporum & locorum varietate mutantur; quia tamen per accidens gravia secum incommoda trahit, idèò meritò in Jure Canonico passim Clericis & Religiosis interdicitur, nisi ratio necessitatis, si scilicet aliter se sustentare non possint, eos excuset; quo in casu, ait Glossa, posse Monachos (ex consequenti & Pastores) si propria prædia non sufficiant, conducere aliena, & inde perceptos fructus vel absumere, vel vendere, & tunc etiam à tributo seculari Principi tribui solito liberi esse debent, uti Gloss. in c. Negotiatorem dist. 88. habet.

Qu. 4. *Cur tanrope prohibita sit Pastoribus Negotiatio?* R. ob sequentes causas. Primò, quia negotiationis & omnium secularium negotiorum fuga plurimum conducit ad honestatem tum parandam, tum conservandam, uti Concilium Tridentinum Sess. 22. de ref. c. 1. dicit; ubi addit: *Imprimè autem omnis negotiatio seu mercatura, quæ est de rebus secularibus vilis & carius distrahendis, Clericis interdicitur; Negotiatores enim illi abominabiles existimantur, qui iustitiam DEI minimè considerantes per immoderatum pecunia abusu*
pollunt

polluunt merces suas, plus periuriis onerando, quam prius. Tales eiecit Dominus de templo, dicens Jo. 2. Nolite domum Patris mei facere domum negotiationis. Secundò, quia vocat & impedit ab officij pastoralis functionibus: uti Gelafius Papa indicavit, jubens tales à Clericalibus Officijs abstinere, utpote qui memores non sint illius, quod S. David Psal. 70. Quoniam non cognovi litteraturam (vel, ut alij interpretantur negotiationem) introibo in potentias Domini: neque illud quod S. Paulus 2. Tim. 2. dixit: Nemo militans DEO multiplicat se negotiis secularibus. Nec denique, quod Christus Matth. 21. dixit: Domum DEI domum Orationis esse debere, & dici, ne per officia negotiationis potius sit spelunca Latronum. Hinc ut S. Augustinus ingeniosè advertit, rectè negotium dictum est, quia negat orium, quod malum est; neque quæ veram quietem, quæ DEUS est. Terriò, quia quatenus mendacijs & fraudibus occasionem subministrat, in peccati periculum inducit: nam, ut rectè dixit S. Leo 1. 3. off. c. 3. Difficile est, inter ementis & vendentis consortium non committere peccatum: cujus veritatis clariorem rationem reddens S. Chrysostomus super Matth. hom. 38. sic ait: Quomodo placere, sine alloquio mali esse non potest, sed necesse est, ut loquatur malè de illo, & illi malè de isto; sic Mercator sine peccato & peccato esse non potest.

Dubia moralia.

Qu. 1. An possit Pastor emptam pecora, & in propriis parvis nutrita vendere; vel ex propriis fructibus confectam cerevisiam aut mustum divendere? R. affirmativè cum Laym. Barbosa & pluribus aliis; quia hæc negotiatio passim videntibus tolerantibus Episcopis à Pastoribus exercetur.

Qu. 2. An etiam minutim vendere vinum ex propriis collectum licitè queat? R. cum Barbosa de off. Paroch. c. n. 47. posse eum id facere, modò cum advertentijs per Episcopum præscriptis, prout Aversano Episcopo Sacra Congregatio Anno 1593. 5. Maij rescripsit.

Qu. 3. An si aliquas res in proprium usum emit absque intentione revendendi, easque ob diminutionem familie, vel rationem superfluas, vel commodas non esse cognoscant,

possit iterum vendere? R. affirmative cum S. Thoma 2. 2. qu. 77. a. 4. quia hoc potius spectat ad œconomicam gubernationem, quæ etiam personis Ecclesiasticis commendatur ab Apostolo 1. Tim. 3. & 5.

Qu. 4. An saltem per alium possit licitè exercere negotiationem propriè dictam v. g. tradendo Laico pecunias, vel societatem cum illo ineundo, ut is solus negotietur, & partem lucri ipse quoque percipiat? R. etsi non desint plures Auctores negantes, licitè id fieri posse: rectè tamen Barbosa l. c. n. 43. cum plurimis à se citatis distinguit, atque contrariam sententiam veram quidem esse, si Pastor id præcisè ob quæstum faceret; secus autem, si per modum liciti artificij exerceretur negotiatio, & nullum avaritiæ aut ambitionis periculum notaretur.

M E M B R U M VI.

De Censibus, Hereditatibus, & Donationibus.

Dubia moralia.

Qu. 1. An licitum sit Pastori pecunias superfluas ad census elocare, & consuetum ex ijs lucrum percipere? R. cum contractus talis per se licitus & honestus sit, & aliunde non habeatur manifesta prohibitio; imò usus sat frequens ab Episcopis toleratus id confirmet, non apparet, cur Pastor illicitè id facere dicatur; secus foret, si solius avaritiæ causâ id faceret, & interea consueta charitatis & misericordiæ opera erga pauperes exercere omitteret.

Qu. 2. An licitè possit pradia & alia bona per hereditatem obvenientia possidere, eaque iterum aliis elocare? R. affirmative cum Laym. cum ut sic non dicatur propriè negotiationem exercere, nec contra honestatem sit, bona à Majoribus obtenta conservare vel augere, ut ad bonos & licitos usus ipsi deserviant.

Qu. 3. An donationes licitè à suis Parochianis accipiat Pastor? R. etsi permitti possit, ut exigua munera, quæ interdum ex consuetudine certis temporibus ad contestandum affectum & amorem erga Pastorem à Parochianis offerri solent, acceptentur; extra tamen hunc casum semper suadendum est, ut Pastor sententiæ ab Ecclesiastico c. 20. prolatae memor sit, quâ dicit: *Xenia & dona excitant oculos iudicum,*
& quasi

& quasi murus in ore avertit correctionem eorum. Potius est
juxta Salomonis c. 33. consilium, sit manus ad dandum etiam
etiam, quam ad accipiendum porrecta, ut experiri mereatur
quod Isaias c. 33. dixit: Qui excutit manus suas ab omni
nere, iste in excelsis habitabit.

Qu. 4. An de redditibus ex Beneficio acquisitis disponere
pro libitu, & etiam testari possit? R. primo, non deesse quidem
probatos Auctores, qui contendunt, illum verum dominum
bonorum non tantum patrimonialium, & quasi patrimonialium,
sed etiam eorum, quæ ex Beneficij redditibus possidentur,
& ad necessariam sustentationem non requiruntur, possidere
uti apud Laym. l. 4. rr. 2. c. 3. n. 3. videre est: nihilominus
tamen rectè fatentur eisdem, non posse illum pro libitu de
libus bonis disponere, sed juxta præscriptum Ecclesiæ &
Canonum debere in pios usus (id est, in templorum
cultum, necessitatem pauperum, usum Religiosorum, Hospi-
talianas, Missas, Suffragia pro Defunctis, Hospitalia, &
prodochia &c.) expendere. R. 2. certum esse, quod de Beneficio
do præcisè Jus Canonicum, Pastor talis testari de redditibus
Beneficij sui, etiam in pias causas non possit; imò Laymanus
multos citans etiam ex consuetudine, id eos non posse
contendit; quia tamen multi probati Auctores docent
consuetudinem illam, quæ in multis Regionibus Germaniæ
ceditur Pastoribus, ut in pias causas testari possint, laudabilem
& honestam esse, non posset omnino damnari. Pastor
Pastor, qui eam consuetudinem sequeretur, præcipue, si
consensus Episcopi accederet; etsi negari non possit, non
facturum, si Canonibus Ecclesiæ se accommodans, in
potius sua bona in pios usus, quam in morte per testamentum
exponderet.

Qu. 5. An si Pastor prius, quam Beneficium acquireret,
varia debita contraxit, possit ea per proventus Ecclesiasticos
vere? R. non deesse quidem aliquos, qui id affirmant
Lugonem d. 4. n. 67. sed rectius ipsum distinguere cum
Anton. Sanchez & pluribus alijs, & concedere quidem, si
debita non sint contracta ex profanis usibus, vel Pastor aliter
non habeat ex proprijs bonis, ex quibus solvere queat
verò omnino negare.

Qu. 6. An etiam Consanguineis suis tantum dare possit?

quantum sufficit ad status elevationem? R. etiam hoc Lugo-
nem l.c.n. 70. cum multis contra Vasqu. & alios probabilius
concedere, adderéque, quòd etiam perpetuos redditus fun-
dare possit ad hoc, ut non ipsi tantum, sed Posterì etiam eorum
decenter vivere possint.

§. IV.

De Recreationibus Pastoris.

Etiam hæc ad media corporalia Pastoris meritò revocan-
tur, cum vires intenso arcui similes perinde frangantur, nisi
sua illis subinde remissio concedatur: Verùm ne remissio ista
in omnimodam dissolutionem cedat, seriò oportet vigilare;
quare videndum modò, quæ recreationes licitæ vel illicitæ
Pastori debeant censerì.

Qu. 1. *Qualis recreatio à Pastore instituenda sit?* R. ta-
lem, quæ sequentes proprietates habeat: & primò quidem sit
honestæ; nam quæ honestati contraria sunt, ab omnibus qui-
dem, sed præcipuè Pastoribus studiosè sunt vitanda. Secun-
dò, *moderata*, id est, ut neque quoad temporis diurni-
tatem; neque quoad materiæ in ludo v. g. expositæ, aut in re-
fectione usurpatæ quantiratem; neque quoad intentionis,
affectionisque qualitatem notabilis fiat excessus. Tertiò,
congrua seu *conueniens* personæ, loco, & tempori, & fini, quas
quidem tres conditiones S. Thomas ad licitam recreationem
requisiuit, teste Dionysio Richelio a. 9. de vita Can. & Ecclef.
Ex quibus patet moderatam deambulationem in area, horto,
vel campo, aut confabulationem honestam cum domesticis
aut externis, aut instrumenti cujusdam musici temperatum
usum, aut denique ludi alicujus liciti, animùmque nimia at-
tentione non fatigantis tempestivum exercitium inter Pasto-
ris præcipuas recreationes numerari debere.

Qu. 2. *Quis finis specialis, præter generalem Divina Gloria
finem, Pastori præfixus esse debeat in eiusmodi recreationibus
usurpandis?* R. triplicem potissimùm. Primò, *Sanctis Con-
servationem*, quam quidem tantò majore studio procurare
debet Pastor, quantò magis necessarium est instrumentum ad
omnes muneris sui functiones ritè peragendas; ad hanc au-
tem vel maximè conducere recreationem, quotidianâ expe-

rientiâ satis comprobatum est. Secundò, *animi remissionem*, quemadmodum arcus semper intensus, frangatur, ac non ad ordinarias suas functiones, velut scopum attingendum inutilis fiat. Tertiò, *proximi adificationem*; quæ tum per & honesta colloquia, tum per virium restaurationem ad obita Charitatis obsequia præstanda tantoperè necessarium procuratur.

Dubia moralia.

Qu. 1. *An alearum & chartarum ludus licitè à Pastore assumatur?* R. etsi hic ludus à variis Conciliis, & novissimè etiâ à Tridentino Sess. 24. de refor. c. 12. sub gravibus poenis sit prohibitus, & ideo multi Doctores apud Narvium colligant, esse grave peccatum; bene tamen Less. & Ratum apud Laymannum l. 3. tr. 4. c. 21. n. 2. monere, hoc tempore, quo de antiquorum Canonum rigore per delictum derogatum videtur, Pastorem talem, si privatim & sine scandalo pro quantitate modica, spectato statu suo, & rebus tuum copiâ, & absque detrimento functionum suarum parochialium, chartis, rarò & moderatè, recreationis gratia daret, neque lex aut consuetudo Diœcesis obsistat (in hoc casu ipsum venialiter peccaturum putant) nullius peccatum damnari debere, cum talis ludus per dictas circumstantias consuetudinem satis cohonestatus videatur.

Qu. 2. *An ludus Scacchi sive latruncolorum usurpari in parochiis possit?* R. cum Barbof. de off. Paroch. c. 6. n. 2. multis alijs apud ipsum citatis, per se quidem non esse lege prohibitum; sed tamen, quia vehementi attentionem num fatigat potius, quàm recreat, ordinariè Pastori per mentis labores multum defatigando non suadendum.

Qu. 3. *An Venatio eisdem concessa sit?* R. & hanc à Concilijs, & novissimè iterum à Tridentino Sess. 24. de refor. c. 11. severè esse prohibitam; ad cujus prohibitionis confirmationem proderit verba Nicolai Papæ artulise sequentis: *O miseram vitam hominum, & maximè sacerdotum, qui, dum lucrando Fidelibus debent insistere, canibus feris incumbunt, & quos capere oportet Homines, capiunt & bestias; qui, dum mortibus student animantium, vitam suam amittunt animarum. O infelicem vitam super...*

vitam, nam in quo quisque magis carnalis apparet, quam in tali vita? Venatorum enim vita nihil præter carnes sapit, in qua, dum quisque permansit, nunquam probatus est: nam, ut S. Hieronymus dixit, nunquam Venatorem legimus Sanctum, cujus dicti rationem esse putat Barbosa de off. Paroch. c. 6. n. 32. quia Venatores miserandam in animalibus exercendo carnificinam, multum inde sanguinariae crudelitatis assumunt, & sic mentem induunt ab omni pietate alienam: his tamen non obstantibus Venationem cum silentio & modestia, recreationis gratia licite interdum à tali Pastore exerceri, idem Auctor cum pluribus à se citatis concedit, quod à fortiori locum habet, si in tali venatione Spectator tantum assistat, ut Principes faciunt.

Qu. 4. An piscatio & aucupium quoque licite à Pastore exercentur? R. Barbosa l. 2. c. 36. de piscatione dubium esse non posse, cum ipsi Apostoli exercuerint, modò illa diebus festis non suscipiatur, neque assidue exercentur: non enim Apostoli, inquit citatus Auctor, assidue vacabant piscationi, sed relictis retibus secuti sunt Christum. Idem de aucupio dicendum videtur, maximè si sine sclopetis capiantur aves: nam armorum usus passim in Jure Canonico Cap. Clerici. 2. de vita & honestate Cleric. Clericis prohibetur, cum eorum arma, orationes & lachrymæ esse debeant. Quòd, si verò interdum Pastores sine scrupulo ejusmodi sclopetis uti videantur, id per tolerantiam & dissimulationem potius, quam per approbationem fieri censendum est.

§. V.

De Incitamentis Pastoris.

Qu. 1. Quibus incitamentis excitare se debeat Pastor ad functiones pastorales rectè & alacriter obeundas? R. ea bene & breviter explicasse Concionatorem illum, qui in primitiis Neomystæ cujusdam eidem nomine Auditorum pro honorario & nuptiali munere ovem auream à triplici funiculo itidem aureo dependentem obtulit; per ovem quidem significans potissimum Pastoris officium, quod est, oves suas pascere & custodire; per triplicem verò funiculum triplex incitamentum, quo potissimum Pastor Zelum Pastorem in se excitare debet, scilicet amorem DEI, Proximi, & sui ipsius.

R. 2.

Qu. 2.

Qu. 2. *Quomodo per amorem DEI excitare se debet?* Ita ut Parochianos suos velut oves cælestis Pastoris considerans, certò sibi persuadeat, quantum dilectionis illis impenderit, tantum se ipsi DEO exhibere juxta illud Christi verbum, Matth. 25. *Quamdiu fecistis uni ex minimis meis, mihi fecistis.* Hinc meritò imaginari potest Pastor, Christum ad S. Petrum Jo. 21. olim prolatis verbis se alloquentem: *Pastor, diligis me?* & si quidem affirmet, subjicientem: *Pasce agnos meos*, id est, teneram adolescentiam tibi concredendam quia ab illius bonâ instructione salus ejus potissimum dependet: Cùm Salomone teste Prov. 22. adolescens juxta viam suam, etiam cùm senuerit, non recedat ab ea. Deinde recedentem quærentem: *Pastor, amas me?* dumque ipse iterum responderit: *Domine, tu scis, quia amo te*, subjicientem: *Pasce meos*, id est, ipsam etiam paulò adultiorem juventutem tuam commissam. Et tandem tertio quærentem: *Pastor, me?* & si responderit: *Domine, tu scis, quia amo te*, iterum subjicientem: *Pasce oves meas*, id est, Conjuges, quæ velut agnos pariuat, & generant. Quò ergo fidelius hanc provisionem impleverit, tantò abundantius se DEUM dilectum & ab eo vicissim dilectum iri certò sibi persuadeat.

Qu. 3. *Quomodo se per amorem Proximi excitare debet?* si meminerit, quàm pretiosæ oves sibi commissas, quam quidem præstantiam ex triplici testimonio colligere poterit. Primò, *ex confessione ipsius demonis*, qui, ut olim Brigitta vidit, in judicio quæsitus, cur animas cum tantâ attentione accusaret, sibi que adjudicari peteret? falsis etiam majore impetu ferri in perniciem earum, quàm torrens lentus cursum suum peragat; iterumque interrogatus, quid faceret? respondit. *Quia tu illas tantopere amas.* Secundo *ex Sanctorum testimonio*; nam, ut B. Furseo Angeli olim dixerant, unicam in Cælo tristitiam Beatis nasci de perditione animarum; & quid mirum? si enim S. Catharina in vitam etiamnum existens, visa semel animæ pulchritudine, calcata est terram Operariorum pedibus calcatam; si S. Dominicus in frustra secari: si Moyses de libro Vitæ deleri: si S. Petrus anathema pro suis ovibus fieri voluit, quid mirum nunc in cælis, ubi cognitionem innumeris partibus circumferentem de præstantia animæ nacti sunt, tantam de ea æstimant?

nem conceperint. Tertiò, ex Christi testimonio, quis enim, si consideret, quanta is egerit, & passus sit, etiam pro quavis anima seorsim accepta, non summum inde pretium colligat? Hinc rectè S. Ludgardi vulnera ostendens dixit: Vide filia, quomodo hæc vulnera clament, & efflagitent, ne finas ea me frustra pro peccatoribus obtulisse, sed lachrymis & afflictionibus corporis offensum Patrem placare studeas. Breuiter & nervosè complexus est hæc omnia S. Gregorius Nazianzenus orat. 1. dicens: *Huc magna lex tendit: huc inter Christum & legem interiecti Propheta: huc spiritualis legis perfectior & finis Christus: huc exinanita Deitas: huc assumpta caro: huc nova illa mixtio, DEVS, inquam, & homo, atque hæc omnia propter omnia, & pro uno illo generis nostri principio in unum coierunt. Quid multis? sic DEUS dilexit mundum, ut Filium suum unigenitum daret, & quid in mundo, nisi id, propter quod factus est mundus?*

Qu. 4. *Quomodo per amorem sui ipsius ordinatum excitare se debeat Pastor?* R. si certò sibi persuadeat, curam animarum, quam sedulò gesserit, esse optimum & efficacissimum medium ad salutem & Beatitudinem, certius, abundantius, & citius consequendam. Et primò quidem eam certius consequetur, quia, si Christus Luc. 6. dixit: *Qua mensurâ mensi fueritis, eandem remetietur vobis*: cur optimam de salute sua spem non concipiat, si meminerit, se tot animarum salutem tam sedulò procurasse, & hoc ipsum beneficium Christum, non aliter, ac si sibi ipsi collatum fuisset, accepturum & remuneraturum? Sed & secundò citius consequetur, transcendendo ad illam sine omni aut longo certè purgatorio; si enim Confessarius ille, de quo Joannes major in magno speculo exemplorum V. Confessio. ex. 18. refert, ob confessiones pauperum libenter auditas, non modò misericordiam in extremo agone consecutus est, sed inter brevissimum etiam tempus per orationes & lachrymas suorum pœnitentium liberatus est; quidni eandem & majorem gratiam speret Pastor, qui non confessiones modò suorum Parochianorum cum magna charitate excepit, sed alia etiam multa dilectionis Christianæ officia consimili promptitudine exhibuit? *Abundantiùs denique tertiò consequetur, quia si in hoc etiam mundo, quanto digniora sunt officia, tanto majus quoque salarium offerri solet;*

folet; quantam mercedem à liberalissimo DEO acceptam olim est Pastor, qui officium officiorum omnium divinum cum magna sedulitate Zeloque administravit: olim Rex Ægypti Gen. 47. postquam auditus est a Pharaone Pastores esse, dixit Josepho: *in optimo loco fac eos habitare, & trade eis terram Gessen*: Quanto magis DEVS cum veritate olim in iudicio dicere poterunt: Pastores sumus, & fuimus: in optimo cælestis Gessen loco habitaverimus: si ergo Jacobo Patriarchæ tot anni in custodia pascentis ovibus consumpti, pauci videbantur præsertim ergo Rachelem magnitudine, & quia certum ovium numerum ei promisit Laban, ut Gen. 29. c. legitur; quomodo omnem laborem & difficultates leves putabit Pastor, qui minuit, sibi fruitionem pulcherrimæ Divinitatis, & æquum præstantissimarum lucrum pro ijs promissum est: quàm inexplicabile gaudium olim percipiet Pastor, qui studio tot animarum in DEO exultantium, suoque laboribus deductarum, ideoque summas Liberatori & Benefactori gratias per totam æternitatem persolventium.

§. VI.

De Periculis à Pastore fugiendis.

Qu. 1. *Qua pericula maximè Pastori fugienda sunt?* Respondetur præcipuè. Primò *otium*; quia docet omnem malitiam, secundò, *luxuriam*; quia affert summam infamiam. Tertio, *avaritiam*; quia tollit Pastoris Gloriam, quæ in eo consistit, ut dici de eo possit, quod olim de tribu Levi Deut. c. 10. dictum est, quod scilicet non habuerit partem (id est, partem possessiones) cum Fratribus suis, quia ipse Dominus pars ejus erat.

Qu. 2. *Qua media ad otium proscribendum adhibenda sunt?* Respondetur sequentia. Primò, *magnam temporis æstimationem*, utpote quo juxta SS. Patres nihil est pretiosius, & irreparabilius: à Pastore autem tantò magis æstimandum, & diligentius custodiri debet, quanto præstantiores sunt Pastoralis functiones, pro quibus perficiendis tantum tempus illi concessum est, ut adeo præ aliis saluberrimè ecclesiastici cap. 14. sententiam in mente habere debent.

defrauderis à die bono, & particula boni doni non te praterat. Secundò, *aptam diei divisionem*, ut enim olim Carolus Quintus urbem quampiam ingressus, ante omnia horologium aspexit, & si quidem id ordinatè horas designare advertit, optimum de talis urbis regimine omen concepit; pessimum verò, si minùs ordinatè compositum notavit; ita sanè optimum, de Pastoralis regimine iudicium formari potest, quando advertitur, sua cuique functioni tempora & assignata fuisse sollicitè, & studiosè observari. Tertio, *Gratiam actionum varietatem*, ut olim Angelus D. Antonium, cum solitudinis tædium propemodum ipsum de constantia deturbasset, modò Orationi, modò labori, modò lectioni aut refectioni vacans docuit, nimirum ut varietas mirè delectat, ita nihil æquè fatigat, quàm actionum semper redeuntium fastidiosa repetitio.

Qu. 3. *Qua remedia pro Luxuria cavenda adhibere debeat Pastor?* R. etiam hîc tria sufficient, quæ quasi specialia à Sacerdotali suo statu ipsi offeruntur. Primò, *assidua recordatio Beneficij per quotidianam Corporis Christi sumptionem concessi*; ratione hujus enim, cum una eum Christo caro efficiatur, meritò cavere debet, ne per luxuriæ sordes corpus suum commaculet, sed potius illud S. Pauli 1. Cor. 6. semper in animo habeat; *Nescitis, quoniam corpora vestra, membra sunt Christi; tollens ergo membrum Christi, faciam membra meretricis; absit. Qui adharet meretrici, unum corpus efficitur. Qui autem adharet Domino, unus Spiritus est. Fugite ergo fornicationem, glorificate & portate DEVM in corpore vestro per accuratam castimoniam custodiam.* Secundò, *assidua recordatio necessitatis*, quâ Pastor quotidie ferè sanctissimum Christi Corpus sumere debet, quod quotidianam meritò, eamque singularem præparationem exigit, qualis inter cæteras utique censeri debet, incontaminati corporis studium; si enim jam olim Davidi 1. Reg. 21. panes propositionis comesturo conditio illa apponebatur, *si mundi sunt pueri, maximè à mulieribus*; si hoc etiam tempore, qui paulò majorem Religionis & decentiæ rationem habent, accessuri ad hoc divinissimum convivium, à licito etiam connubij usu abstinere; quantò magis Pastor Angelicum panem sumpturus, & ad convivium immaculati Agni accessurus, ab omni

illicita corporis pollutione abstinere debet? Tertio, *dua recordatio Spiritus Sancti*, qui, si ulli, Pastori necessarius est, ad functiones suas ritè & fructuosè obeundas, uti vel Christus clarè ostendit, dum nec priùs proximi salutem procurandam suscepit, quàm Spiritus Sanctus supra illum descenderet; nec Apostolos etiam ad similem finem dimisit, donec virtute ejusdem Divinissimi Spiritus ex alto induerentur, qui non permanebit Spiritus iste in Pastore, qui caro est: ideo neque opus Incarnationis Dominicæ perficere poterit nisi in Virgine ab omni concupiscentia carnis liberata, quantò minùs ergo cum Pastore, cujus officium est, pariter cum S. Paulo suos Parochianos, donec Christus in ipso inveniatur, concurret ad opus hoc Incarnationis Spirituali perficiendum, nisi Virgineam, aut certè mundam in eo carnem repererit. Accedit, quòd ad eandem Divinissimi Spiritus gratiam, tum pro se, tum pro alijs obtinendam, frequenter ad DEVM Oratio facienda sit; unde novus iterum, minùs potens titulus ad castitatem summo studio sectandam exurgit: si enim jam olim S. Apostolus 1. Cor. 7. Fideles suasit, ut ad tempus sese contineant, ut vacent Orationi: DEVS ipse Israëlitas Exod. 19. ad colloquium admittendum præcepit, ut vestimenta sua lavarent, & uxoribus suis non appropinquarent; an non Pastor, qui velut Mediator inter DEVM & homines constitutus, perpetuum cum DEO commercium habere, & ideo, ut S. Dionysius Epist. 8. loquitur, simillimus DEO esse debet, summam castitatem, quæ homines ad dictam similitudinem vel maximè elevat, servare constantè conabitur?

Qu. 4. *Quibus medijs ad avaritiam fugiendam uti debet Pastor?* R. sequentibus, quæ similiter velut specialia illius clericale officium offert. Primùm est *assidua recordatio clericatus dignitatis*, cujus quidè initium à racione capitis, & coronatione factum est, ut scilicet meminerit Clericus, se per se scissionem omnis inordinatæ cupiditatis erga divitias, illud regnum, quod, teste Christo Luc. 17. intra nos est, à quo rectè dixit nonnemo: *Rex est, qui metuit nihil: Rex quoque cupit nihil: hoc regnum sibi quisque dat: evertit quoque hoc regnum sit illud regnum DEI*, quod Christus Matth. 6. primum quæri jussit, & quod quærentibus

necessaria ad victum & amictum promisit. Alterum medium est *assidua recordatio sacerdotalis dignitatis*, quæ haud dubiè etiam efficiet, ut Pastor hoc vitium tanquam Statui suo summè probrosam, summè quoque detestetur; cum enim Sacerdos summi DEI per consecrationem constitutus sit, facile apparet, quantam injuriam DEO & Ecclesiæ faceret, si Beneficij tanti immemor relicto DEO, per avaritiam, quæ teste Apostolo Eph. 5. est idolorum servitus, mammonæ sacrificaret. Accedit, quòd, sicut olim Sacerdotum & Levitarum possessio DEUS erat, ita idiptum Sacerdotes Novi Testamenti tantò magis de se quoque credere debeant, quantò præstantius est ipsorum, quàm antiquorum Sacerdotum Sacerdotiù; si autem ipse DEUS in possessionem se illis offert, an non insignem injuriam illi iterù inferet, qui diffidens omnipotentis & fidelitati illius, ipse sibi per inordinatam divitiarum concupiscentiam providere satagit? an non meritò in talem quadrat illa S. Augustini in Psal. 30. Conc. 30. increpatio: *Avere, an parum tibi est, si te impleat (& nutriat) Ipse DEVS? DEVS si ad te veniat sine auro & argento, non vis illum? quid tibi de his, qua fecit DEVS, sufficit, si DEVS ipse non sufficit?* Tertium medium est *assidua pastoralis dignitatis recordatio*; an non hinc iterum novos Spiritus concipiet ad avaritiæ vitium totis viribus detestandum & fugiendum? an non juxta S. Davidis Psal. 54. consilium jactabit super Dominum curam suam, & ab ipso enutrietur? si enim DEUS de Bove triturante sollicitus, os illi alligari non permisit, si, teste Apostolo 1. Cor. 9. dignus est Operarius mercede sua; si æquum est, ut, qui plantat vineam, de fructu ejus comedat; ut, qui gregem pascit, de lacte ejus manducet; ut qui Altari servit, de Altari participet; an DEUS Pastori Verbum DEI tam sollicitè explicanti, in vinea ejus tam strenuè laboranti, Oves à Christo commissas tam accuratè custodienti & pascenti, altari tam constanter & diligenter servienti, necessaria deesse patietur? si illis, qui regnum DEI, & justitiam ejus quærunt, omnia ad corporis curam pertinentia adjectum iri promisit, an illis, qui alios ad dictum regnum & justitiam quærendam exhortantur, & juvant, non eadem ministrabit? si turbas olim se sequentes ad audiendum Verbum suum tam liberaliter pavit, an Pastorem idem Verbum explicantem non pascet? si

Apostolis à se vocatis tam sollicitè de necessariis provisum, ut fateri ipsimet debuerint, nihil, quamdiu cum ipso erat sibi defuisse, an Pastorem simili vocatione ad simile munus vocatum non simili quoque liberalitate & charitate commisit, an non ergo injuriam insignem DEO Pastor faceret, si tantis tuis ad fiduciam in ipso ponendam invitatus diffideret, & incerto divitiarum spem suam collocare præsumeret?

§. VII.

De industriis à Pastore adhibendis.

Qu. 1. *Qua industria à Pastore sint adhibenda, ut munere suo fungatur?* R. potissimum sequentes usurpationes esse, scilicet *sedulam inquisitionem, crebram consultationem, & accuratam annotationem*, quarum prima facit, ut agenda aut emendanda sunt, intelligat: Secunda, ut procedat, & fraudes vel errores facilius vitet: Tertia, contra obrectatores efficacius se defendat, faciliusque superioribus suis rerum à se gestarum rationem reddat.

Qu. 2. *Quid circa ipsam Inquisitionem observandum sit?* R. has præcipue conditiones. Primò, ut sit *iusta*, quæ erit, si in ea duntaxat, quæ ad officium suum directè vel indirectè pertinent, inquiret, nempe primò & ante omnia in proprias actiones, tum per frequentes recollectiones, tum per accuratum usum examinis tam particularis, quam universalis; imò illius etiam, quantum fieri potest, quod singulis actionibus postponi solet: deinde in vitia communia & periculosa toti communitati: hæc enim, cum sint velut apertæ vulnera, quæ totum corpus in manifestum interitus periculum præcipitant, meritò à Pastore inquireri & cognosci debent, & maturè curationem tentare possit; denique in necessitate morbos, aliàsque afflictiones Parochianorum, ut quantum in ipso erit, in his etiam solatium, & auxilium præstet. In contrariò verò studiosè cavere debet, ne in ea, quæ in periculis, inter Conjuges circa administrationem familiarum, Magistratu in administratione Reipublicæ, aut etiam in Parochiam suam in aliis urbibus, provinciis, & regnis curiosè inquiret, nisi manifesta utilitas, cujus procuratio ipsum quodammodo officium illius redundet, appareat. In eundò, ut sit *discreta*, id est, ut cum debita cautela, & circumspecte

specificatione instituat, ne aut ijs, de quibus; aut ijs, per quos inquititur; aut ulli alteri præjudicium aliquod aut offensio oriatur. Tertiò, ut sit *sincera*, id est, non ex curiositate tantum, aut alio inordinato affectu; sed ex solo gloriæ Divinæ, & salutis alienæ promovendæ motivo concepta.

Qu. 3. *Quid circa consultationem sit observandum?* R. primò, ut sit *crebra*, id est, ut in plerisque gravioribus causis & dubijs, vel cum Moysè ad DEVM, vel ad Viros doctos, Sapientes & Religiosos recurrere consuescat. Secundò, ut sit *humilis*, id est, ut non tantum libenter aliorum consilium aut decisionem audiat, sed insuper etiam iudicium suum (præcipuè ubi Superior consulitur) cum humilitate subiiciens, eidem prompta cum voluntate acquiescat, vel certè non sine gravi ratione ab eo discedat. Tertiò, ut sit *reverens & veneranda*, id est, ut non de rebus & negotiis minimis, quas ipse facillè decidere posset, & deberet, aut inanibus scrupulis statim ad Superiores aut Viros graves recurrat; hoc enim merito reverentia talibus personis debita, & verò etiam auctoritatis propriæ retinendæ moderatum studium verant.

Qu. 4. *Quid circa annotationem observandum sit?* R. primò, ut *festiva* sit, id est, quæ annotanda sunt, non diu nimis differantur, ne, quod in humana fragilitate fieri pronum est, è memoria tandem elabantur, non sine grandi sæpe aliorum præjudicio, maximè quando de tempore Baptismi aut Confirmationis susceptæ agitur. Secundò, ut *ordinata* sit, id est, ut non in libris duntaxat, in quibus quæque annotanda sunt, distinctio in Ritualibus præscripta observetur, sed ipsorum etiam nominum aut rerum, quò faciliùs reperiri quæque possint, accuratus Index in fine libri jungatur. Tertiò, ut *accurata* sit, id est, ut non substantia duntaxat cujusvis rei, sed circumstantiæ etiam personarum, locorum, temporum distinctè & studiosè annotentur, ut nihil desiderare possit, qui perfectam alicujus rei in libro annotatæ cognitionem habere cupit. Quòd si verò, ut fieri interdum solet, & debet, testimoniorum vel facultatum aliunde acceptorum chartæ fuerint acceptæ, eæ cum debito ordine & distinctiōne, annotato forinsecus titulo, ex quo statim cognoscantur, in diversos fasciculos colligatæ separatim asserventur, ut, si opus foret, rationem actionum suarum reddituro, aut testimonium alicujus Sacramenti suscepti laturo servire queant.

P A R S S E C U N D A

De Doctrinis circa alios à Pastore
observandis.

Etiam hæ ad duo ferè principalia genera revocari
sunt, nempe ad doctrinas, quæ erga cælestes & terrenas
Personas sunt observandæ, licet quævis harum generalium
doctrinarū plurimas sub se species habeat, ut mox apparet.

C A P V T I.

D E D O C T R I N I S E R G A
Cælestes observandis.

Inter Cælestes hoc loco præcipuè in considerationem
venerunt. Primò, Ipse ter optimus & maximus DEUS. Secundo,
Christus Redemptor noster, & exemplar Pastorum. Tertio,
Beatissima Virgo tanquam principalis eorundem Pasto-
rum Patrona & Advocata. Quarto, SS. Angeli Tutelares, Quin-
to, Alij Cælitæ, præcipuè verò Patronus communis Ecclesie
Altariūque in Ecclesia erectorum, erga quos omnes
Pastor ea, quæ & illorum dignitas & merita exigunt, studere
impleverit, merito copiosum ex functionibus suis paro-
chialis ministerii fructum, solatium, & præmium sperare poterit.
Quoniam autem erga singulos observare debeat, hoc capite
ostendetur, ita tamen, ut, quoniam aliqua officia omnibus
communis sunt, prius horum explicatio breviter præ-
mittatur.

§. I.

De Cultu communi Cælitum.

Tria circa hunc cultum potissimùm spectari & examini
possunt. 1. Locus, in quo præcipuè DEO & Sanctis
cælestibus cultus impenditur, qualis est Ecclesia, Capellæ, &c.
ad hos pertinent, Altaria, Imagines, apparatus sacer vestimen-
torum, Reliquiarum &c. 2. Functiones, quæ in eisdem
locis ad DEI & Sanctorum cultum peraguntur, quales sunt
SS. Missæ Sacrificium, Horæ Canonicæ, Comprehensiones
generales, Supplicationes seu Processiones. 3. Tempus, quo

potissimum in ordine ad talem cultum observandum est, nempe Festi, & Profesti dies, speciatim Dedicatio & Patrocinium Templi, de quibus omnibus nunc eodem ferè ordine, quo hic enumerata sunt, agetur.

MEMBRUM I.

De Ecclesijs.

Qu. 1. Quid circa Ecclesias specialiter observare debeat Pastor? R. sequentia præcipuè, Integritatem, Ornatum, Sanctitatem.

Qu. 2. Quid ad integritatem requiratur? R. quatuor potissimum. Primò, ut Ecclesia omnibus suis partibus integralibus sit instructa; quales sunt Altaria, Cathedra pro Concione, Confessionalia, Sacristia, Campanile, Subsellia, Portæ, & similia. Secundò, ut & singulæ hæ partes, quantum fieri potest, suam integritatem & perfectionem habeant. Tertio, ut bona immobilia & redditus Ecclesie non abalienentur. uti expressè in Jure Canonico in Extravag. Ambitiosa de rebus Ecclesie non alienandis prohibetur, & etiam ad res mobiles pretiosas (quales sunt, quæ sunt de thesauro, vel quæ propter pretium, artem, aut antiquitatem, singularem splendorem Ecclesie conferunt, uti & Reliquiæ Sanctorum, præsertim ubi perpetuæ sepulturæ mandatæ sunt) extendi docet Riccius p. 1. resol. 60. & alij: nomine autem alienationis hoc loco intelligitur, non solum venditio, aut alius contractus gratuitus, vel onerosus, quo rei dominium in alterum transfertur, verum etiam hypotheca, infeudatio, & contractus emphyteuticus, uti docet Barbosa de off. Paroch. cap. 13. n. 40, denique ad hanc integritatem etiam aliquo modo revocari potest Jarium & Privilegiorum Parochialium ad Ecclesiam pertinentium conservatio, quæ proinde nosse oportet Pastorem. Sunt autem ista potiora, uti enumerat Manuale Parochorum à P. Ludovico Engel. editum part. 1. cap. 7. ex Barb. de jure. l. 2. cap. 13. 1. Quòd aliquis cogi possit ad domum vel fundum vendendum pro erectione vel ampliacione Ecclesie. 2. Quòd Ecclesia habeatur loco filij, atque adeò deficere faciat conditionem, si sine liberis, si Clericus bona restitutioni obnoxia velit relinquere Ecclesie. 3. Quòd ad Testamentum in favorem Ecclesie factum non requiratur

tur

tur Juris solemnitates, sed sufficiat, si constet de voluntate defuncti. 4. Quòd ex Legatis & fidei commissis Ecclesie relictis non detrahatur Falcidia, vel Trebellianica. 5. Quòd donatio ultra 500. solidos absque insinuatione, uti & donatio omnium facta Ecclesie valeat, nec revocetur ob ingratitudinem Parochi, vel supervenientiam Liberorum ex parte Donatoris. 6. Quòd pollicitatio facta Ecclesie irrevocabiliter obliget, nemine acceptante. 7. Quòd in Ecclesia transferatur dominium sine traditione. 8. Quòd in proce-
 edictali prioritas sit adjudicanda ipsi Ecclesie. 9. Quòd Ecclesia participet privilegia fisci, libertatis, militum, tutorum, dotis, Minorennium, & Reipublice, dummodo casus sit applicabilis, & in Jure contrarium non sit dispositum. 10. Quòd mandatum factum in favorem Ecclesie non extingatur re integra, per mortem mandantis. 11. Quòd pactum per viventis hæreditate valeat in favorem Ecclesie. 12. Quòd in dubio pro Ecclesia sit judicandum. 13. Quòd Ecclesia non obligetur ex mutuo, nisi probetur versum in illius utilitatem. 14. Quòd possit exceptionem non numeratæ pecunie contra ultra biennium opponere.

Qu. 3. *Quid ad Ornatum Ecclesia pertineat?* R. hæc potest esse. Primò, mundities & nitor, eo modo procuratus, quem in suo Nepotiano laudat S. Hieronymus, his verbis: *Ecclesia sollicitus, si niterent altaria, si parietes absque fuligine, si ornamenta tersa, si sacrarium mundum, si vasa luculentiora, in omnes Caremonias piæ sollicitudine disposita; possunt etiam illo dicere, quòd Basilicam Ecclesia, & Martyris conciliabulum, diversis floribus & arborum comis, virium pampinis adornari; ut quidquid in Ecclesia placeret, tam dispositione quam studio Presbyteri studium & laborem testaretur.* Secundo, *imagines, in parietibus vel depictæ, vel appensæ; hæc enim parùm juvant ad Ornatum, & quod plus est, etiam devotionem populi, præsertim simplicioris excitandam.* Tertio, *Reliquia & Statua Sanctorum, quæ in Altaribus suo tempore expositæ ad venerationem Sanctorum, in præsentibus exhibendæ, eorumque Sanctorum intercessionem invocandam juvent.*

Qu. 4. *Quid ad Sanctitatem Ecclesia requiratur?* R. hæc potest esse. *cap. relinqui de custodia & vel. imprimis requiri, ut*

ga prophanum asseretur, atque adeò nec Utensilia Domus reponantur, nisi propter hostiles incurfus, aut incendia repentina, vel similem necessitatem, id fieri oporteat; imagines verò vanæ aut inhonestæ nulla unquam ratione in ipsdem suspendantur; aut tolerantur, uti jam olim Concilium Nicenum secundum gravissimè prohibuit. Secundò, ut nullæ actiones prophanæ, & illicitæ in ea exercentur, quales potissimum in Jure Canonico censentur Negotia sæcularia, ac contractus, judicium civile, ludi theatrales, saltationes, convivium, strepitus, & clamores, musica levis & prophana, uti Concilium Tridentinum Sess. 22. de observ. & evit. in celeb. Miss. indicat his verbis: Ab Ecclesia musicas eas, ubi organo sive cantu lascivum aliquid, aut impurum miscetur, item sæculares omnes actiones vanæ, atque adeò prophana colloquia, deambulationes: strepitus, clamores arceantur, ut domus DEI domus Orationis esse videatur, & dici possit. Tertiò, ut, si Ecclesia desecrata aut polluta fuerit, mox iterum consecratur, aut reconcilietur; desecratur autem per destructionem omnimodam, vel majori ex parte factam: polluitur autem per homicidium mortaliter malum, factum in Ecclesia: per effusionem mortaliter culpabilem, proprii vel alieni sanguinis vel seminis: per sepulturam excommunicati, non tolerati, vel infidelis.

Qu. 5. Quare prædicta tria capita studiosè procurare debeat Pastor? R. ob sequentes causas. Primò, ob reverentiam Ecclesie, tanquam domus DEI, & Basilica seu Regia, ipsius aetiam Christi debitam: si enim David 1. Par. 29. olim dixit: Totis viribus meis præparavi impensas domus DEI mei, opus namque grande est; neque enim homini præparatur habitatio, sed DEO; quantò magis hoc Pastor de rebus ad Ecclesiam pertinentibus dicere debet. Secundò, Ob Parochianorum, aliorumque Ecclesiam mirantium adificationem: ut enim nitor & apparatus singularis Ecclesie miram vim efficaciamque habet, ad reverentiam & æstimationem de rebus Divinis, intuentibus ingenerandam, ita non possunt non gravissimè scandalizari, si domum Pastoris & Oppidanorum viles casas cum Nundinæ aut convivalia Festa aguntur, nitere, mensas splendere, supellectilem renitere, ex auro & argento, aut splendida chrystallo bibi, mundissima & affabrè facta

facta strophiola, & mantilia ad nares, & manus detergentia mensasque ornandas adhiberi; è contrario verò tecta Ecclesie perpluere, parietes non modò araneorum telis obducuntur, sed squalere, & propemodum imbre pluvio corrumpuntur, dari altaria, aut vix vili linteo obtegi, pavimenta luto operiri, Sacerdotum vestes, aut sædè detritas, aut laceras vitæ corporalia, purificatoria, patenas, calices, quæ Christi Corpus & Sanguinem vel continent, vel contingunt, inceptis scelere, non sordescere modò, sed omnino sordere advertunt atq; ad eò locū iterū habere querelam illam DEI per Aggeum Prophetam, cap. 1. Judæis propositam; *numquid templa vestra est, ut habitetis in domibus laqueatis, & domus ista deserta est, quia domus mea deserta est; & vos festinatis unusquisque domum suam; propter hoc prohibiti sunt vobis Cali, usque ad terram, & terra germen suum; certè non desunt, qui carum lamitatum, quas hærefes, & per illas bella funestissima annis in Europam invexerunt, accuratiùs indagant, & servarunt, malorum talium initia, à templorum reformatione sacrarum injuria, & sacrilego neglectu cœpisse, easque patenas, quæ secutæ sunt, ob prophanatam templorum, altariumque religionem immittas fuisse. Tertiò, *ob famam & reverentiam ipsius Pastoris conservandam*, cum, ut supra Hieronymo vidimus, nitor & decor Ecclesie, Presbyterorum studium, & laborem (addamus, & propriæ mentis munditiæ) haud obscure testentur.*

Qu. 6. *Quibus mediis prædicta capita facile obtineantur?* R. primò, *Frequenti Visitatione*; hæc enim dicitur, si qui latebunt alicubi, revelabit, & Officialium industriam acuet, ut nihil facilè in Ecclesia permittatur, quod oculos & animum seduli Pastoris offendere possit. Secundo, *Celeri reparatione*: nam, dum damna adhuc parva sunt, & faciliore labore, & levioribus impensis, & tempore eum firmitate reparantur, quæ tamen, si multiplicentur, invalescant, vix sine periculo, grandique labore restitui queunt; imò interdum ob impensarum defectum non omnino debent. Tertiò, *Accuratâ custodiâ*: si scilicet exteriores partes Ecclesie per muri bene clausi ambitum, & custodiantur; si interiores partes per tectum bene conserventur;

datam; portâsque suo tempore diligenter clausas, ab interitu vindicentur: si denique res mobiles ad Ecclesiam pertinentes, in cistis, & aliis locis bene obleratis sollicitè asserventur.

Dubia moralia.

Qu. 1. An, si Ecclesia reparatione indigeat, Pastor suis sumptibus hanc reparationem procurare debeat? R. ita quidem Alexandrum III. olim cap. his, de Eccles. adif. rescripsisse his verbis: *De his, qui Parochiales Ecclesias habent, duximus respondendum, quòd ad reparationem & institutionem Ecclesiarum cogi debent, cum opus fuerit, de bonis, quæ sunt ipsius Ecclesiæ, si eis supersint, conferre, ut eorum exemplo ceteri invitentur; nihilominus Concilium Tridentinum Sess. 21. de refor. cap. 7. limitasse nonnihil hoc decretum, dum ait: Parochiales verò Ecclesias, etiamsi iuris patronatus sint, ita collapsas refici & instaurari curent, ex fructibus & proventibus quibuscunque ad Ecclesias quomodolibet pertinentibus, qui, si non fuerint sufficientes, omnes Patronos, & alios, qui fructus aliquos ex dictis Ecclesiis provenientius percipiunt, aut in illorum defectum Parochianos omnibus remediis opportunis ad prædicta cogant, quacunque appellatione, exemptione remotâ; unde rectè colligunt Doctores, Pastorem tantum in casu, quo Ecclesiæ sumptus sufficere non possent, teneri ad reparationem, & quidem non solum, sed cumulativè cum omnibus, qui ejusmodi redditibus gaudent, & præterea deductis prius necessariis ad decentem sustentationem sumptibus.*

Qu. 2. An, si causa gravis suadeat, alicuius rei alienationem faciendam, Pastor ad Pontificem recurrere; an verò ad Episcopum debeat? R. etsi in Extravagante ambitiosa C. Abbatibus. 12. q. 2. Clem. 1. de rebus Eccl. non alienandis. solum Pontifex nominetur, tamen usu magis recepti sunt antiquiores Canones, ex quibus proximus Superior & Ordinarius loci intelligitur, notatque Glossa, quòd etiam Abbates, præsertim exempti, in Ecclesiis pleno jure sibi subjectis possint auctoritatem in alienatione rerum ad dictas Ecclesias pertinentium præstare.

Qu. 3. An sacras representationes in Ecclesia licitè instituere possit Parochus? R. negativè quidem multos Doctores apud Barbosam alleg. 24. num. 25. respondere; sed cum ipse

Instructio IV.

F

de off.

de off. Paroch. cap. 13. num. 16. concedat, posse in Ecclesia actus ad voluntariam Jurisdictionem pertinentes celebrari, uti sunt ad Doctoratum promoveri, & similia, non videtur, cur non etiam facer aliquis Dialogus, aut Drama præsepe Domini, vel Sepulchrum exhiberi possit.

Qu. 4. *An, si Pastor ex confessione cognoscat, Ecclesiam semini effusionem maculatam esse, abstinere debeat à re vana Celebratione?* R. negativè cum Fagund. de 5. par. l. 3. cap. 14. num. 53. & alijs. quia, ut Ecclesia polluta confiteatur, delictum debet esse publicum, vel per sententiam iudicis, vel per confessionem publicam partium, vel per certam Testium depositionem in iudicio, vel per publicam famam; quia purificatio templi est actus publicus ad publicum scandalum, & publicam injuriam Ecclesie factam, & ad remendam ordinatus, atque adeò meritò delictum etiam publicum supponit.

Qu. 5. *An, si Pastor audiat, Sacristam v. g. in templo sua uxore actum conjugalem exercuisse, Ecclesiam pollutam censere debeat?* R. negativam quidem sententiam facit probabiliter ab Emman. Saa, & Pontio l. 10. num. 13. cap. doceri, eò quòd textus ex Jure Canonico pro pollutione committi soliti, solam de illicita copula loquantur; committunt tamen sententiam esse, quòd verè polluat propter immunitatem, quæ per talem actum loco infertur, si abique necessitate exerceatur, ut in simili casu dicitur de justè damnato Ecclesia occiso, uti Sanch. l. 9. de mat. dif. 15. n. 7. & alij communiter docent.

Qu. 6. *An, si quis foris graviter vulneratus sit, & ad Ecclesiam confugiat, ibique moriatur, Ecclesia per tale homicidium polluta sit?* R. cum Barb. alleg. 24. n. 26. negativè, quia, cum Lex ista reconciliationem decernens odiosè strictè eam interpretari convenit, neque ad solum factum causam datam & factum conjunctum extendi debet; sed etiam, si quis in Ecclesia existens alium foris existentem in Ecclesia occideret, non deberet censeri polluta Ecclesia, si foret, si foris consistens alium in Ecclesia consistentem occideret; tunc enim causa simul & factum in Ecclesia puniuntur.

Qu. 7. *An, si Pastor ante, quàm delictum perpetrasset,*

pius interea celebravit, Ecclesiam reconciliatam censere debeat? R. posse quidem ita sentire propter auctoritatem probatorum Authorum, tutius tamen videri, si, ubi fieri commodè potest, reconciliatio à SS. Canonibus præscripta adhibeatur. ita Lug. de Evch. d. 10.

Qu. 8. An, si in Cameterio, sanguinis, aut seminis illicita effusio est facta, etiam Ecclesia polluta censeri debeat? R. negativè, uti expressè in Jure Canonico C. un. de consecr. Eccl. in 6. deciditur, quia accessorium non trahit secum principale, sed sequitur potiùs illud, atque ad eò Ecclesiã pollutã Cameterium pollutum censeri debet, non vicissim.

Qu. 9. An, si in Sacristia, vel Campanili facta sit eiusmodi effusio, sufficiat ad pollutionem Ecclesiæ? R. Barb. l. c. n. 20. negativè cum communi, quia debet fieri in ipso corpore Ecclesiæ, & à porta interna majoris Ecclesiæ, usque ad ultimum parietem internum, nullo alio muro intermedio distinctum. unde dicta duo loca, uti & crypta non pertinent in rigore ad corpus Ecclesiæ.

Qu. 10. An, si Ecclesia vel Altare per spurcitas hominum vel brutorum turpiter dehonestata sint, iterum reconciliari debeant? R. cum Laymanno l. 5. tr. 5. cap. 5. & aliis, in tali casu non quidem fore pollutam Ecclesiam; decere tamen, & praxin habere, ut saltem à Pastore cum aliqua Cæremonia reconcilientur, & abluantur.

Qu. 11. An, si Ecclesia tantùm benedicta sit, simplex Sacerdos eam absque facultate Episcopi reconciliare possit? R. affirmativè cum Diana p. 4. tr. 4. ref. 91. & aliis; quia cum talis Ecclesia necdum consecrata sit, non apparet, cur Episcopus ad ejus reconciliationem sit necessarius.

MEMBRUM II.

De SS. Missæ Sacrificio.

Qu. 1. Quid circa hoc tremendum Sacrificium præcipuè observandum sit à Pastore? R. sequentia. Primò, ut suo tempore offeratur, id est, toties, quoties iustitia aut charitas requirit; & ut non citius aut seriùs offeratur, quàm Ecclesia permittat. 2. Ut suo loco offeratur, id est, in Templo, Altari consecrato, & (ubi à Fundatore, aut alio, qui stipendium obtulit) exigitur, etiam determinato peragatur. 3. Ut debito modo

modo offeratur, id est, cum summa, quantum fieri potest, reverentia, devotione, atque perfectione.

Qu. 2. *Quis sit modus perfectissimus hoc Sacrificium offerendi?* R. perfectissimum esse, in quo hæc tria juxta mentem SS. Matris Ecclesiæ observantur. 1. Ut cum magna animi puritate ad hoc mysterium peragendum accedatur; ideo cum Ecclesia tam sollicitè confessionem à Fidelibus, & precibus Sacerdotibus præmitti voluit. 2. Ut omnes Rubricæ Missali, & Rituali in Diocæsano præscriptæ accurate observentur, ut dicere possit Sacerdos: *Consummationem*. 3. Ut Orationes, aut Lectiones, aut Evangelia in Missa dicenda, eo sensu & intentione, & reverentia proferantur, quæ ipsa Mater Ecclesia intendit, & summa Sacrificij hujus dignitas requirit.

Dubia moralia.

Qu. 1. *An, & quando Pastor sub peccato obligatus sit Missam dicendam?* R. seclusâ consuetudine & pacto, cum teneri ad eam dicendam, quoties Populus tenetur eam audiendam; quia hæc duo videntur correlativa, & que hæc obligatio ex ipso naturæ dictamine, quod equum esse dicitur, ut sicut à Populo Decimas, & alios fructus percipit, ita necessaria quoque salutis administret; extra dicta istos verò, etsi verius sit, illum ex præcepto non obligatum, tamen utique maximè decens est; imò si Populus in aliqua Civitate sit numerosus, & Pastor habeat ampliores redditus eundem per Episcopum cogi posse, ut sæpius intra hebdomadam celebret, tenet Layman. l. 5. tr. 5. cap. 3. n. 2. & aliter quod idem sentiendum in casu, quo in aliqua Parochia Populus ad unam Parochiam difficulter convenire possit, tamen enim juxta cap. Consuevisti. 1. de celeb. Miss. pariter possit, vel ad Coadjutorem assumendum; vel, si id per se pertinetatem Parochiæ non liceret, ad plures Missas eodem die dicendas.

Qu. 2. *An, si Missam iam celebravit, & subito moriatur, quod moribundus Viaticum desideret, possit iterum Missam celebrare?* R. affirmativè, cum multis aliis P. Gobat Alpb. Sacrif. num. 112. eò quod præceptum Ecclesiæ vetans Sacerdotem non jejunum celebrare, non videatur in casibus

extraordinariis cum detrimento & scandalo Fidelium obligare; ex his enim, quæ fortè in uno aliquo casu accidere possunt, Jura non constituuntur; neque rectè faceret Pastor, si in tali casu solam Hostiam sine Missa consecraret; quia Ecclesia non permittit, ut una species sine altera extra casum, quo perficiendum foret Sacramentum, consecratur; unde si interea moribundus æger crederetur, potiùs illi Sacramentum Extremæ Unctionis conferendum foret, uti contra Alensem, Majorem, & quosdam alios docent plerique TT.

Qu. 3. *An, si die prophano devotio populi postulet, duo vel plura Sacra, possit ea Pastor celebrare?* R. affirmativè, modo jejunus semper maneat. Ita Suarez & Lugo apud P. Gobat l. c. n. 12. & consentit Saa, generatim concedens posse Sacrificia sæpius offerri, quando honesta causa id postulat, qualis maximè foret, si subitò inexpectata Processio superveniret, aut in die Dedicationis Ecclesia Populum non caperet, extra illam verò ob graves pluvias celebrari non posset; alioquin enim cælo sereno præstaret extra illam in ara portatili, quàm intra bis celebrari.

Qu. 4. *An in Festo Nativitatis teneatur tria Sacra dicere Pastor?* R. negativè cum Barb. de Paroch. cap. 11. n. 8. & aliis communiter; quia nemo tenetur illo die pluribus Sacris interesse, & ex consequenti nec Pastor plura dicere; rectè tamen monent Authores, observandam esse consuetudinem in loco, in quo Pastor moratur, receptam.

Qu. 5. *An Pastor teneatur diebus festis applicare Sacrificium pro suis Parochianis?* R. cum Laym. l. 5. tr. 5. cap. 3. n. 3. et si Sotus absolute semper id fieri debere censeat, & Barbosa veriùs putet, eum juxta boni viri arbitrium aliquoties id applicare debere, idque omnino consulendum sit, per se tamen cum non obligari ad hanc applicationem, sed sufficere, si secundariò meminerit (id quod Concilium Tridentinum Sess. 23. de ref. c. 1. pro contraria sententia citatum videtur voluisse) eò quòd diversæ sint obligationes ad celebrandum, & ad applicandum Sacrificium, & proventus Pastoris ad celebrationem tantùm ratione officij Pastoralis, non autem ad intentionem Populi se extendant.

Qu. 6. *An, si eo die, quo Pastor alioqui obligatus est, ratione consuetudinis, vel Fundationis pro populo, vel defunctis celebrat-*

lebrare, Parochianorum aliquis Sacrificium pro se offerri
 stulet, stipendiumque polliceatur, Pastor tale stipendium
 ve queat? R. cum Laymanno l. 5. tr. 5. c. 3. n. 4. affirmati-
 vè talis obligatio stipem offerenti nota sit; tunc enim cen-
 tur Juri suo renuntiare, & contentus esse secundaria in-
 tione, & fructus applicatione, ne alioqui ad alienam Pa-
 chiam accedere cogatur; quod maximè locum habet, si
 Pastor tenues redditus possideat; secus verò sentendum
 lem obligationem ignorant, qui stipendium offerunt; illi
 enim significari debet; alioquin meritò de spiritali dano
 & injuria conqueri possent.

Qu. 7. An, si Pastor evocetur ab Altari ad Baptis-
 m aut Viaticum conferendum, possit Sacrificium relinquere
 post consecrationem? R. affirmativè cum Navar. & alii-
 Layman. l. c. c. 7. n. 2. monendus tamen in tali casu est
 pulus de causa, ne offendatur; & statuendus ad Altar.
 attendat, ne quod periculum Eucharistiæ interim
 semperque operam dare debet, ut quàm citissimè se expediat
 & ad Sacrificium perficiendum redeat.

Qu. 8. An, si alicui in extremis constituto Sacra Unio
 ferenda sit, possit Pastor ante factam oblationem desistere à Mi-
 sa? R. iterum cum Laymanno loc. cit. affirmativè, si scanda-
 lum absit; in quo casu, si non diu absit, videlicet non
 horam, reversus pergere poterit, ubi reliquit; si vero longior
 mora interposita fuit, ab initio repetere Missam debet.

Qu. 9. An, si Pastor ex iusta causa bis celebratum
 num purificationis in calice reliquit, debeat, vel possit hoc
 in sequenti Missa consecrare? R. negativè cum Hauckio
 V. Miss. n. 33. & aliis ab ipso citatis; tum quia digni
 no abluti sunt; tum quia in Calice ferè semper aliquid
 crati liquoris hæret, quod vino effuso permisceatur; non
 autem, certè non decet, verba consecrationis proferri in
 teriam partim consecratam, partim non consecratam.

Qu. 10. An, si maiorem Hostiam habere non possit
 possit minorem consecrare? R. cum Diana p. 6. tr. 7. rel.
 affirmativè, si scandalum absit, & iusta causa celebratio-
 exigat; quia nullibi præscriptum est, ut major tantum
 secretur. Sed quid si aliam majorem Hostiam jam consecra-
 tam in pyxide haberet, possétne illam pro hoc Sacrificio
 hiberi

hibere? R. ita quidem fecisse quondam Parochū aliquem testatur Marchantius tr. 4. candelab. Myst. c. 5. n. 6. cujus tamen factum ibidem meritò improbat, cum in Missa Populo exhiberi debeat Hostia in illo Sacrificio, quod audit, oblata & consecrata; melius ergo facturum putat, si in tali casu minorem Hostiam consecraret de novo, & majori conjunctam Hostia Populo adorandam offerret.

Qu. 11. An, si tempore consecrationis pyxidem, in qua Hostia continebantur, non aperuit Pastor, possit Hostias illas consecratas censere? R. affirmativè, cum communi DD. cum tales Hostiæ sufficienter per pyxidem, in qua velut vasculo continentur, fiant præsentis; quod non fieret, si Hostiæ non consecratae in tabernaculo clauso repositæ fuissent.

Qu. 12. An, si Pastor ex fundatione debeat in hebdomada unam aut plures Missas dicere, ob infirmitatem autem non possit, teneatur alium suo loco substituere? R. quemadmodum bonus Dominus non solet propter modicam ægritudinem aut impedimentum servi mercedem deducere, ita probabile quoque esse, non voluisse Fundatorem ad compensationem obligare Pastorem, si infirmitas per unam tantum aut alteram hebdomadam duret; modò non sit expressè vel implicite statutus certus numerus Sacrorum, uti Laym. & alij docent.

Qu. 13. An, si Pastor cœptâ iam Missâ publicâ recordetur se non ieiunum esse, debeat abrumpere Missam, si Canon nondum sit inchoatus? R. cum S. Thom. q. 83. a. 6. ad 2. & alijs negativè; quia fermè abstinere non potest sine aliqua nota; ubi autem difficultas occurrit, semper id eligendum est, quod minus periculi habet.

Qu. 14. An, si Pastor bonâ fide (vel, ut Iordanus apud P. Gobat velle videtur, etiam malâ) celebravit cum veste & calice non benedictò, aut consecrato, debeat comperto errore, curare, ut benedicatur, vel consecretur? Resp. posse quidem Pastorem uti illis vestibus aut calice absque nova consecratione, aut benedictione secundum Dianæ p. 3. Tr. 7. ref. 18. & multorum aliorum sententiam; contrariam tamen sententiam rectius secuturum, eò quòd alioqui etiam cubicula, in quibus Missa ex privilegio celebratur, sacra loca esse inciperent, quòd nemo facile concedet.

Qu. 15. An, si Casula & Alba scindantur, & ex hac quidem

dem humeralia, ex illa verò Stola & Manipuli fiant, de quibus benedici debeant? Resp. affirmativè P. Gobat n. 203. eo quod juxta generalem regulam tunc vestes benedictionem admittant, quando non sunt ampliùs aptæ ad illum usum, quem erant benedictæ: Casula autem non fit ad usum Manipuli aut Stolæ, nec Alba ad usum Humeralis benedicta foret, si vincula, quibus Casula corpori alligatur, existarentur, & pro Cingulo adhiberentur: tunc enim adhuc benedictionem retinerent, quemadmodum & cingulum ita lectum, ut utraque vel alterutra pars servire possit ad cingendum corpus, uti apud eundem Authorem n. 197. Diana, & alij docent.

Qu. 16. An quando Pastor Calicem sacrum iterum denuovi curat, etiam novam consecrationem eidem procurare debeat? Resp. probabiliter negativè cum P. Gobat n. 177. quia materia Calicis & aurum sint per modum unius consecratione nec aurum simpliciter requiratur ad usum Calicis, non propter, cur materia Calicis non consecrata maneat, etiam post aurum detritum, atque adeò tanquam pars principalis & separata trahat ad se alteram partem non sacram.

Qu. 17. An licitè Pastor ex Alba superpellicium, sive aliis Ministris conficere possit? Resp. affirmativè cum eodem n. 203. quia usus talium superpelliciorum non est prophanus atque adeò Jus Canonicum vetans ejusmodi vestes ad profanos usus adhiberi locum non habet.

Qu. 18. An, si rogetur Pastor, ut Casulam, Albam, vel aliam similem vestem pro Comædia concedat, id licitè permittere queat? Resp. negativam quidem sententiam à Sacrosanctis alijs teneri, sed, cum praxis passim demonstrat, scientibus piscopis tales vestes in Comædia adhiberi, videntur dicti Authores, de solo usu dictarum vestium ad Comædias profanas intelligendi.

Qu. 19. Quomodo se circa particulas in Patena in Corpore reperitas Pastor gerere debeat? Resp. cum Carolo Mutano in aureo libello, quod Manuale Parochorum vocatur, p. 2. c. 1. n. 6. si ejusmodi fragmenta adhuc jejunos videat, sumendas esse ante purificationem, sive ad suum, sive ad alterius Sacrificium pertineant; si verò non sit jejunos, sumendas esse ad proprium fuerint Sacrificij, etiam post Populum communitum

sacrâ refectum: secus tamen, si ad alienum Sacrificium pertineant, tunc enim, si asservari possunt, id omnino fieri convenit; si verò sine majoris irreverentiæ periculo servari non possunt, etiam à non jejuno sumantur. Si dubium sit, an ad prius aut posterius pertineant Sacrificium, ad posterius pertinere censentur; non enim est suspicandum, alterum neglexisse, nisi constet. Ita ille: sed quia tamen interdum male ocularus aut circumspectus Sacerdos præcessit in celebrando, adeoque prudenter dubitari potest, an particula tempore Oblationis reperta in Patena, primùm ex illa Hostia nondum consecrata fuerit separata, an verò ex priori Sacrificio relicta, meritò dubitârunt nonnulli, quid in hoc casu sit faciendum? si enim in Corporali ponatur, timendum est, ne postea non amplius reperiat; si in Patena relinquatur, verendum est, ne, dum Patena ad varios usus adhibetur, particula ex illa in terram, vel alium locum, unde difficulter reperiri aut recuperari queat, decidat; si in Calicem immittatur, non videtur decere, ut particula fortè non consecrata Sacro Sanguini misceatur; quia ergo nihil de hoc casu decisum reperitur, optimè facturus videtur celebrans, si vel novam Patenam sibi afferri curet, & priorem cum sua particula deponat, ut ante purificationem sumere eam queat, vel si Patenam aliam habere non possit, eam in nomine Domini, in Corporalis medio ponat, ubi alias ante sumptionem Calicis particulas colligit, speretque se eandem cum aliis denuò reperiturum; aut si non reperiat, Angelos perinde, ut aliarum particularum, quæ Celebrantis industriam interdum subterfugiunt, habituros curam.

MEMBRUM III.

De Officio Divino.

Qu. 1. Quid potissimum observandum sit circa Officium Divinum? Resp. tria præcipuè. 1. Ut ordinatè recitetur, servando ordinem Festorum in Calendario, ordinem Horarum in Breviario, ordinem partium in Rubricis, & ordinem temporis in Jure Canonico, vel Theologia morali præscriptum. 2. Ut integrè recitetur, non modò nullam horam integram, sed nec partem ullam cujusvis horæ omitiendo, imò nec ipsa verba per præproperam recitationem mutilando. 3. Ut devotè

vorè recitetur, id est, non modò ad sensum sub verbis litteram, quantum fieri potest, animum applicando, sed etiam affectus in Psalmis & Orationibus contentos, eliciendo, & nihilque ipsa etiam corporis dispositione interiorem suam reverentiam contestando.

Dubia moralia.

Qu. 2. *An Pastor non habens sufficientes redditus ex suo officio, nihilominus obligetur ad Officium Divinum recitandum?* Resp. affirmativè Barbosa de Paroch. c. 10. n. 1. & sequenti communi aliorum, additque adhuc obligatum fore, etiam si paucos redditus percipiat, eò quòd titulum & possessionem Beneficij habeat, ac proinde, ut verus Beneficiatus obligetur ad Officium Divinum recitandum. Non desunt tamen sicut in ibidem citati, qui judicant talem Pastorem (nisi Sacris Canonibus sit initiatus) saltem non teneri ad Officium Divinum quotidie recitandum, si redditus ejus non attingunt necessitatem sustentationis partem.

Qu. 3. *An Pastor negligens Officij Divini recitationem, teneatur ad omnes fructus illius diei restituendos, an vero pro aliqua parte propter onera parochialia retinere?* Responsum plerosque quidè Authores ob generalem textum Bullæ Pontificis quâ Pontifex decernit, ut ij, qui Officium Divinum negligunt, fructus suos non faciant, negare, quòd Pastor quilibet quam propter onera retinere possit; nihilominus Lopez, Letus, Saa, Sanchez, & alij adud Barbosam magis æquitate considerantes, judicant illa verba: *Omnes fructus* etc. in Beneficiis, & aliis Beneficiatis, quibus onus residendi, & celebrandi incumbit, limitari posse ad omnes fructus Officij divino correspondètes, atq; adeò duas partes reddituum computari posse pro labore Parochiali, & unam pro Honorariis Canonicis, quorum Authorum sententiam Ludovicus de P. 2. Manual. c. 6. n. 4. putat, tutò practicari posse secundum vulgatas juris regulas, quòd æquitas sit rigori juris præferenda, si salvâ ratione recti sermonis Lex aliqua ex doctrinâ æquo interpretationem recipere possit, maxime in parochiis, in quibus semper est benignior interpretatio faciendâ, atque in confirmationem hujus praxis non parùm videtur servare posse id, quod Layman. l. 4. tr. 2. c. 5. n. 1. assertum

verbis: *Si Parochus computatis omnibus 350. florenos, & Cappellanus 200. florenos annuos accipiant, probabiliter dici potest, eos ad nullam aut modicam restitutionem obligari.*

Qu. 4. *An istam restitutionem etiam Fabrica propria domus facere queat Pastor?* Resp. affirmativè cum Vasquez. in opus. de benef. c. 4. §. 1. a. 1. d. 9. nec solum in ipsam domum, sed etiam in alias domus & horrea pro fructibus Beneficij colligendis & conservandis ædificata, & quidquid in utilitatem agrorum Beneficij insumitur, ut ejus fructus in perpetuum augeantur, fieri dictam restitutionem posse, cum Pius V. in Bulla sua generalibus verbis dicat, fructus restituendos in Fabricas Beneficiorum, vel pauperum eleëmofynas erogari debere.

Qu. 5. *An, si legat Pastor aliquot voluntaria Sacra pro defunctis, possit hac pro restitutione fructuum computare?* R. affirmativè cum Suar. Bonac. Navarr. & aliis apud & cum Barbosa de Paroch. c. 10. num. 40. quia & hi valde pauperes sunt, atque adeò ipsis restitutio ista per Missas, aut alia Suffragia, sive per se facta, sive per alios procurata, utpote quæ æquivalent fructibus, fieri potest.

Qu. 6. *An possit Pastor dicere Officium de sancto Titulari Ecclesia, aut cuius insignis Reliquia (qualis censetur caput, brachium, crus, aut ea, in qua martyrium passus est) in illa Ecclesia asservatur?* Resp. affirmativè, & quidem sub ritu duplici, quia sic Congregatio SS. Rituum defini vit, teste Barbosa num. 20.

Qu. 7. *An Pastor exorsus per inadvertentiam recitare Officium non prescriptum, si iam pervenit usque ad Laudes, vel Primam, debeat in errore pergere, & reliquum Officium absolvere?* Resp. etsi Caramuel apud P. Gobat Alph. sacri audiendi n. 642. velit, illum sub mortali obligari ad pergendum, ne alioqui Officium recitet, quale in Breviario non reperitur; posse verò pergere etiam ipse P. Gobat cum Quintanaduenn. concedat, non tamen ad hoc ipsum obligari, multò minùs verò ad repetendum totum Officium, ijdem Authores cum Tambur. & Lessio docent; imò Lugo sub veniali cum desistere debere putat, quia, qui non potest facere totum eo modo, quo deberet, debet facere saltem eo modo, quo potest.

Qu. 8.

Qu. 8. *An Pastor habens duo Beneficia tenuia ad dicendum in Diocesibus pertinentia, debeat canere Vesperas iuxta morem loci, in quo psallit potius, quam iuxta Ritus loci, in quo sequenti die toto est moraturus?* Resp. P. Gobat l. c. n. 647. affirmat. Vè cum Lug. reliquum verò Officium posse quidem illum recere juxta Ritus loci, in quo moratur, non tamen ad illud teneri.

Qu. 9. *An Pastor teneatur in Officio Divino privatus essendo Statuta ab Ecclesia tempora observare?* R. et si non teneat sine causa Vesperas manè, & Horas minores à primis recitare, posse tamen ipsum sine scrupulo Matutinum præcedere ab hora tertia, & horas minores summo manè simul recitare; imò hoc ipsum consulendum videtur, ut sit ad varias occupationes Officij sui tantò liberior & expeditior, uti in Notionali Pastorum p. 1. c. 6. n. 2. dicitur.

Qu. 10. *An, si Pastor, vel ex itinere, vel studio, vel alio labore valde defatigatus est vespere, & sequenti die ob Catechismum habendam & Catechismum, ac Vesperas non potest exequi, de longum Dominicale Officium recitare, licitè in aliud Officium commutet?* Resp. affirmativè P. Gobat, ibid. n. 902. probatque hanc assertionem ex generali principio à pluribus Auctoribus approbato, quòd scilicet, quando Ecclesia aliquam prohibitionem sub peccato solùm veniali, quælibet honesta causa sufficiat, ad evitandam omnem culpam agendo contra illam prohibitionem; quia igitur facere sine causa mutationem non frequenter (imò juxta multos etiam semper) veteris ecclesiastica Consuetudo sub noxa duntaxat veniali, merito hac quoque excusabit mutatio ob causas allatas facta.

M E M B R U M IV.

De Comprecationibus.

Qu. 1. *Quid nomine Comprecationis intelligatur hoc?* Resp. intelligi Orationem publicam in Ecclesia coram venerabili Sacramento exposito à Parochianis congregatis, per unam aut plures horas, dièsvè pro gravi aliqua necessitate vel alia simili causa factam, quas quidem olim non solum nocte ad sepulchra Martyrum à primis Christianis institutas & Stationes vocatas, sed etiam de die per quinque, septem

& interdum quatuordecim horas fuisse institutas, Pinellus
p. 1. opef. in præf. testatur.

Qu. 2. *Quid circa has Comprecationes Pastor observare
debeat?* Resp. tria præcipue. 1. *Ut rara sint*, ne, si frequen-
ter nimis instituatur, tam æstimatio, quàm devotio in Popu-
lo, in quibus potissimum ferè illius fructus consistit, notabili-
ter decreseat. 2. *Ut ordinata sint*, id est, ut, si per plures ho-
ras continuandæ sint, Parochianis, ne suam quisque comodi-
tatem secuti, uno tempore conveniant, certa hora ad statum
& negotia, quantum fieri potest accommodata assignentur.
3. *Ut rationabiles sint*, id est, propter gravem aliquam causam
indictæ, & juxta illius gravitatem in plures vel pauciores
horas distributæ; sic enim Parochiani, & majorem de illis æ-
stimationem concipient, & cum majori devotione atque ala-
crite ad easdem peragendas accedent, atque adeò major
quoque illarum fructus & efficacia sperari poterit.

Qu. 3. *Quare Comprecationes eiusmodi magni faciendæ, &
frequenter peragenda sint?* Resp. quia singularem habent ef-
ficaciam ad quidvis à DEO impetrandum, idque ob tres
causas. 1. *Quia sunt Oratio publica*, id est, à pluribus in
unum locum collectis facta, atque adeò multò potentior ora-
tione unius vel alterius privati Hominis; id quod præclare
notavit S. Ambrosius t. de pœnit. dum dixit: *Multi minimi,
cum congregantur unanimes, sunt magni, & multorum preces
impossibile est contemni*; si enim Christus olim Matth. 18. di-
xit: *Dico vobis, quia si duo ex vobis consenserint super terram,
de omni re, quamcunque petierint, fiet illis à Patre meo*; quan-
tò magis, si plures consenserint, id sperandum est? 2. *Quia
sunt Oratio continua*; atque multum valere orationem justì
assiduam, & S. Jacobus Jac. 5. olim testatus est. & Christus
Luc. 11. & 18. per geminam parabolam de Amico & Vidua
importunè in flagitando perseverantibus egregiè declaravit.
Hinc & pro S. Petri liberatione sine intermissione fiebat Ora-
tio ab Ecclesia ad DEVM, & per insigne miraculum obtenta
est. Act. 12. 3. *Quia magis intensa Oratio sunt*; nam & ab
ipsa loci sanctitate, & à præsentia SS. Sacramenti mirè exci-
tatur orantium devotio, ut adeò DEVS meritò de talibus
Comprecationibus repetat, quod olim Salomoni promissit:
Oculi

Oculi mei erunt aperti, & aures meae erectae ad orationem dei qui oraverit in loco isto. 2. Paral. 8.

MEMBRUM V.

De Processionibus.

Qu. 1. Quid circa Processiones istas praecipue observari debet Pastor? Resp. tria haec. 1. Ut legitimo tempore, 2. Ut legitimo ex fine. 3. Ut legitimo modo instituantur.

Qu. 2. Quo tempore sint instituenda? Resp. triplici praesertim. 1. Quando Ecclesia jubet, ut fit in Festo S. Martini, diebus Rogationum, Festo Purificationis, & Dominicae marum, & alijs ad aquae benedictae asperionem. 2. Quando Consuetudo loci introduxit, uti sunt certae Processiones, quae circum agros, vel ad certa quaedam templa à miraculis celebrata institui solent. 3. Quando necessitas aut magnitudo gratiae exigat; uti fit, quando vel sterilitas agrorum, aut pestis aut bellum imminet, vel gratiae pro copiosa messe & legibus sunt agenda.

Qu. 3. Quo fine sint instituenda? Resp. ob sequentes praecipue. 1. Ut sint publica fidei professio; hinc enim cum vexillo plerumque rubro instructa, & variis imaginibus ornata praefertur, ut profiteamur, nos esse veros Christianos, non litare sub vexillo crucis, paratos esse Christum sequi, non vanas mundi delicias sectando; sed multas pro ipso tribulationes sustinendo; profiteamur pariter invocationem Sanctorum, & Authoritatem Ecclesiae tales Caeremonias instituisse. 2. Ut per Sanctorum, ad quorum templa instituuntur Processiones, Patrocinium, varia à DEO beneficia, gratiaeque impetrentur. 3. Ut Fidelium pietas ad commendanda DEI beneficia, gratiasque agendas excitetur.

Qu. 4. Quomodo sint instituenda? Resp. modum bene sequentibus praecipue consistere. 1. Ut ordinate instituantur, nimirum ut bini & bini ordine, quem dignitas aut consuetudo, aut Superiorum mandatum praescripsit, incedant, nam ordo talis & ad aedificationem, & decentiam ac devotionem non parum inducit, id, quod bene notavit S. Bernardus dicens: *Turbat Processionem, si quis solitarius incedat, turbat, nec sibi soli nocet, sed etiam ceteris est molestus: Hi qui segregant semetipsos, animales spiritum non habent.*

solliciti servare unitatem spiritus in vinculo pacis, cùm potius per modum exercitus incedere ordinatè, Deumque, si ita loqui fas est, & Sanctos expugnare, & quodammodo in vota sua irabere deberet, ut de illa suo modo dici possit, quod de Sponsa Cant. 6. dictum est: *Qua est ista, qua progreditur terribilis ut castrorum acies ordinata?* 2. Ut modestè instituantur, ideòque omnes abusus, sive in nimia garrandi licentia, sive in convivij adornandi profusione, sive in alijs excessibus vitandis studiosè caveantur. 3. Ut piè instituantur, id est, ut cum pia intentione suscipiantur, cum debita devotione inter preces, & alia pia exercitia peragantur, & tandem cum optato pietatis, & petitionis obtentæ fructu finiantur, ne aliqui locum habeat notum illud: *qui multùm peregrinantur, rarè sanctificantur.*

Qu. 5. *Quibus medijs uti debeat Pastor, ut dicto modo Processiones instituantur?* Resp. his præcipuè. 1. Si ipse bono exemplo præeat, ita Rituale Salisburgense monet his verbis: *Videant imprimis Sacerdotes, aliique Ecclesiastici ordinis, ut in his Processionibus ea modestia ac reverentia tum ab ipsis, tum ab alijs adhibeatur, qua piis huiusmodi actionibus maximè debetur; omnes decenti habitu, superpelliceis, vel alijs sacris vestibus, sine galeris, nisi pluvia cogente, induti, graviter, modestè, ac devotè bini suo loco procedentes, sacris precibus ita sint intenti, ut remoto risu, mutuòque colloquio, & vago oculorum aspectu, populum ad piè devotèque precandum invitent.* 2. si suo tempore diligenter modum piè peragendi has Processiones doceat; ita iterum Rituale Salisburgense, monet his verbis: *Publica sacraq; Processiones seu Supplicationes, quibus ex antiquissimo SS. Patrum instituto Catholica Ecclesia, vel ad excitandam Fidelium pietatem, vel ad commemoranda DEI Beneficia, gratiasque agendas, vel ad Divinum auxilium impiorandum uti consuevit, quâ par est, Religione celebrari debent: Continent enim magna ac Divina mysteria, & salutaris Christiana pietatis fructus, eas piè exequentes, à DEO consequuntur, de quibus Fideles præmonere & erudire, quo tempore magis opportunum fuerit, Parochorum officium est.* 3. Si & ipse diligenter attendat ad eos, qui contra pietatem, & modestiam in ejusmodi Processionibus peccant, & alios, qui idem faciant, constituat; &, si quidem aliquos gravius deliquiss.

quisse deprehendat, vel ipsemet paternè moneat, corrigat, que, vel certè à Magistratu castigari curet, ut alij videant hanc rem cordi esse Pastori, sapiant exemplo Castigationis & ab eiusmodi insolentiis abstineant.

Qu. 6. *Qua Cæremonia in eiusmodi Processionibus servanda?* Resp. in genere loquendo eas diligenter observandas esse, quæ in Rituali Diocæsano, aut ipso Missali præscribuntur, in specie verò tres potissimum observandas esse, si Processio extra Ecclesiam instituat: 1. Ut Vultum præferatur, ita ut imago Christi, si in Cruce depicta sculpta est, tergum obvertat Clero & Populo, quasi prævideatur, ut Gavantus ex Cæremoniali Episcoporum c. 15. & l. 2. c. 16. notat, nisi sit Archiepiscopus, vel Prelatus; tunc enim Papam vel Archiepiscopum respicere debent quasi ex illius aspectu in summa Animarum cura intercedatur, aut alicubi, ut in Italia, consuetudo habeat, ut altissimum feratur. 2. Ut sive à Cantoribus ordinariis, sive à mulieribus, præeunte quopiam Concentore, ubi mos est, ab utrisque separatis, cantus pius & gravis instituat, que ad finem Civitatis vel Oppidi, ex quo egrediuntur, continuetur, iterùmque assumatur, ubi ad fines præfixi perventum fuerit; quò autem decentius, aptiusque canatur iste, præsertim à mulieribus peragatur, curet tum ipsas personas suaviore voce præditas, tum cantiones eligi, & ab eis quo perito instrui ad cantum cum debita decencia & devotione peragendum. 3. Ut in reditu debita DEO gratia Ecclesia ab omnibus, quantum fieri potest, collectis agatur, ideòque diligenter moneat, ne ante finem Processionis separatim domos repetant, aut diutiùs in hospicio loquentes seriùs illam sequantur.

MEMBRUM VI.

De Festis.

Qu. 1. *Quid circa Festa potissimum sit observandum?* Resp. sequentia ipsi præcipuè curanda esse. 1. Ut in Processione Populo denuntientur, ita Concilium Trid. Sess. 22. refo. decernit, itaque stringit hæc obligatio, ut Barboza dicit, Pastorem graviter peccare, si negligat eiusmodi denuntiationem, eò quòd in re gravi, quam Populus sub

cato mortali scire debet, deficiat. 2. Ut religiosè observari
ca à Parochianis faciat, quod fiet, si & præceptum negativum
de servilibus operibus (id est ad corporis duntaxat commo-
ditatem ordinatis, quæ per Famulos exerceri solent, uti sunt
rustica & mechanica) non suscipiendis, sed etiam affirmativū
de Missa eo die audienda studiosè observent. 3. Ut totus
dies inter honestas & pias actiones, quantum fieri potest,
transigatur: Quomodo autem id fieri conveniat, bene ex-
plicant decreta synodalia Augustanæ Diœcesis, dum ajunt,
Religiosum hunc cultum in eo consistere, ut sacro tempore Fideles
DEO, divinisque rebus liberè & internè vacent; ut Sancto-
rum solemnem memoriam religiosè celebrent; ut verbum DE I
& Missa Sacrificium audiant reverenter; ut orationi & pietati
cumprimis vacent, divinisque Officiis & Horis Canonicis li-
benter intersint; demum ut sacrum hoc tempus non vanis & pro-
phanis, sed piis sacrisque studiis transigant.

Qu. 2. *Quibus mediis uti debeat ad talem Festorum obser-*
vationem procurandam? Resp. his præcipuè. 1. *Frequenti*
admonitione, si scilicet in Concionibus accuratè explicet,
quanta commoda ex religiosa observatione Festorum spera-
re, quantaque damna timere ex eorum neglectu debeant.
2. *Sedula inquisitione, per quam operâ certorum syndicorum*
indaget, an tabernæ & officinæ clausæ sint; an sub officijs
Divinis, præcipuè sub Missa & Concione hospitia non fre-
quententur; an non choreæ indecentes aut ludi illiciti ali-
cubi exerceantur, spectacula & comœdiæ minùs decoræ ex-
hibeantur. 3. *Brachij secularis invocatione: de qua sic lo-*
quuntur citata decreta: Hortamur autem, & obsecramus in
Domino Principes ac Magistratus, ut in iis maximè, qua ad
hunc cultum pertinent, nos sua autoritate, & vigilantia in-
vent, iubeantque Populum Sacerdotum præceptis obtemperare,
Opificum ac Mercatorum tabernas & officinas iis diebus clau-
sas teneri, nundinas, forùmque hebdomadarium, si quando in
festis incidunt, transferri, aut saltem non ante Concionem ac
Divina Officia absoluta celebrari.

Dubia moralia.

Qu. 1. *An Pastor possit cogere suos Parochianos ad Missam in*
Parochiali templo audiendam? Resp. etsi Marchantius acri-
Instructio IV. G ter

ter affirmativam sententiam defendere conetur, uti apud
senbaum l. 3. tr. 3. dub. 4. videre est, negativam tamen
ferè ab omnibus alijs tenetur, hodie certam esse, cum & iu-
rifices varij expressè id deciderint, & ratio manifesta
quæ dicitur Episcopum aut Pastorem non posse tollere, nec
stringere Jus commune, & generalem totius Orbis con-
dinem, quæ obtinuit, ut etiam in Sacello, aut privato
torio Missam audientes satisfacere præcepto censeantur,
dò id in contemptum Pastoris non faciant, id est, cum
gnatione gravi, & convitiis in ipsum jactatis Missam
audiant.

Qu. 2. *An Pastor teneatur Parochianos iuxta manum
Capituli primi de Feriis ad observantiam Festorum à Vesperam
Vesperam compellere?* Resp. negativè, eò quòd istud Canoni-
cum cum suo rigore in Europa non sit receptum, sed con-
duntaxat, ut Festum quoad abstinentiam à servilibus a
dia nocte usque ad alteram mediam noctem duret, ut
asserunt Doctores, quemadmodum apud Barbosam de
roch. c. 16. n. 6. videre est.

Qu. 3. *An possit Pastor licentiam laborandi in Festis
Rosp. affirmativè, si causa pietatis vel necessitatis id
& ad Episcopum facilis recursus non detur, uti communi-
sentiunt Auctores, teste Barbosa l. c. n. 19. qui tamen
addunt, etsi causa talis per se opera servilia concedat,
bitata sit, tamen adhuc in tali casu Episcopi aut Pastoris
sensus esse requirendum, maximè si opus servile in
faciendum sit, & per longum tempus duraturum, ne
prætextu necessitatis liberè contra Festorum obligatio-
peccetur.*

Qu. 4. *An nundinas die Festo permittere possit?* Rosp.
communi affirmativè, modò non ante Officium
tempore absolutum inchoentur. Ita Laym. l. 4. tr. 7.
n. 6. & alij passim.

Qu. 5. *An Venationes & Piscationes sine multis operibus
bore factas permittere possit?* Rosp. cum eodem Layman-
hæ per se inter opera servilia numerari mereantur, adeo
jure communi prohibita censeri debeant, sicut ex Jus-
nonico colligitur, consuetudinem tamen obtinuisse, ut
licitæ censeantur, si recreationis gratiâ duntaxat in-
fuerint.

tur; imò Navarrus & alij putant, ex natura sua ad recreandum animum tendere ejusmodi actiones, atque adeò inter servilia opera computari non debere.

Qu. 6. *An Pastor possit abrogare Festum consuetudine duntaxat in Parochiam introductum?* R. negativè cum Laym. ib. c. 1. n. 3. & alijs, cum nec ipse Populus, qui illud particulari statuto vel diuturna consuetudine introduxit, abrogare id ampliùs possit, sed soli Episcopo hæc potestas conveniat, qui etiam abnuente Populo illud tollere potest.

Qu. 7. *An possit permittere, ut Mechanici & Operarij ex locis Catholicis diebus festis egrediantur ad laborandum in locis vicinis Hæreticorum, ubi ob diversitatem Calendarii festa non servantur?* Resp. negativè cum Laym. l. 1. tr. 4. c. 11. n. 9. nisi id expressè Episcopus concedat, & nullum cujusquam scandali periculum subsit.

MEMBRUM VII.

De Profestis, seu Vigilis, & Iejuniis.

Qu. *Quid de his præcipuè observandum sit Pastori?* Resp. sequentia præcipuè. 1. Ut Populo diligenter eas Vigilias, quæ cum jejuniis conjunctæ sunt, denuntiet, ne quis, si non jejunaverit, ullum aut ignorantia aut inobedientia prætextum possit obtendere. 2. Ut quemadmodum decreta synodalia Diœcesis Augustanæ p. 1. c. 11. num. 11. monent, hanc Ecclesiasticam jejunandi rationem & disciplinam tam Clero, quàm Populo seriò commendet, ejusque verum usum ac uberes fructus diligenter explicet, moneatque jejuniis corporali jungendum spirituale, quo mens à vitiis, & sæculi voluptatibus abstinet, hocque perpetuum esse debere. 3. Ut easdem Vigilias & jejunia religiosè observari faciat, atque adeò discretè interdum inquirat, quomodo hac in parte Parochiani se gerant, & an non alicubi illicitus carniùm aut intestinorum esus vigeat, quòd, si quos hujus Legis transgressores compererit, paternè primùm ad observantiam hortetur; sin autem hæc monitio minùs profecerit, per Magistratum sæcularem eos pro merito castigari curet.

Dubia moralia.

Qu. 1. *An permittere possit Pastor, ut profestis diebus post Vesperas*

Vesperas Parochiani servilibus operibus non necessariis Resp. cum communi posse, cum ex una parte nullum de stinencia tali à servilibus operibus in profestis diebus praprium extet; ex altera verò, ut suprà ostensum est, Festi- quentis diei à media primùm nocte incipiat.

Qu. 2. *An Pastor possit dare Parochianis suis licentiam ieiunandi, etiam presente Episcopo?* R. affirmative de Paroch. c. 16. n. 2. cum Azor, Fag. & aliis, eò quòd in beat consuetudo legitimè præscripta.

Qu. 3. *An permittere possit, ut Parochiani ter hebdomade ieiunent per Quadragesimam?* Resp. circa huiusmodium frequenter in praxi recurrens, de quo vix aliqui Authores reperitur, bene notandum esse Laymanni l. 1. c. 3. n. 7. sensum, qui sic loquitur: Quod verò aliqui stimant, per consuetudinem quibusdam Germaniæ introductum esse, ut ter in hebdomade per Quadragesimam sæcularibus jejunaire sufficiat, de ea nihil omnino rebus sum; imò arbitror, irrationabilem fore hanc consuetudinem nec Prælatos Ecclesiæ in eam consensuros, quippe extra tam sanctum & Apostolicum omnibus sæculis ac temporibus apud Christianos celebratum jejunii Quadragesimæ institutum tendat. Interim plerique his frigidioribus temporibus causam aliquo modo probabilem afferunt, ut in omnibus diebus jejurent, attamen à carnibus abstinere quos Confessarij absolvere possunt, scilicet secundam doctrinam, quam idem Author priori numero ex Sylvio Navarr. & Cajetano, & Toletò tradidit, nempe quòd, si ex causis excusantibus à jejuniò re ipsa nulla adsit, si bonâ fide ac probabilis ratio adesse existimetur, atque si cò aliquis præscripto modo non jejuret, non debeat mortaliter damnari, quia moralia præcepta moraliter interpretari convenit; neque Ecclesiæ intentio est, grave aliquo jugum conscientis Fidelium injicere: Quamobrem Cæcilius monet, ut Confessarij Pœnitentes suos non nimis arguant, si ob rationem aliquam, quæ ipsis probabilis & justificari pareat, in Quadragesima bis vel ter per hebdomadem jejurent, ne fortè, si ipsis contradicant, vel omnino non jejurent, ob conscientiam gravius peccent, qui alioqui sine omni culpa, vel saltem sine mortali fuissent. Eaque doctrina præ-

etiam locum habere potest, in septentrionalibus frigidioribus regionibus. ita citatus Author.

Qu. 4. *An, si Parochiani dicant, se tantum habere panem, fructus & olera, possit eis permittere, ut ieiunium non servent?* Resp. communem quidem sententiam id negare; si tamen videat difficulter aliquem in his circumstantiis inductum iri ad jejunium servandum, poterit illi servire sententia affirmativa Pasqualigo & Leandri à Murzia apud Dianam, p. 10. tr. 12. ref. 45. ubi etiam ipse hanc sententiam cum Ludovico de sancto Iuan, & Machado probabilem esse dicit.

Qu. 5. *An, si profesto die multas Confessiones excipere debeat Pastor, nihilominus ieiunij Legem observare debeat?* R. negativè, Pasqualigo Decif. 331. si laboriosæ sint, & per majorem dici partem durent, cui etiam facilè alij Authores consentient.

Qu. 6. *An, si sequenti mane Concionari debeat, pridie in Vigilia obligatus ad ieiunium censendus sit?* R. negativè Diana tr. 11. ref. 32. & consentiunt etiam Tamburinus & Sanchez, si constanter per annum concionetur; secus, si tantum bis aut semel per annum concionaretur.

Qu. 7. *An suos Parochianos impellere debeat, ut suos domesticos cogant ad ieiunium servandum?* R. ita quidem aliquos sentire apud Dianam, verum ipse non improbabiler cum Sanch. Azor. Filliut. & multis aliis apud & cum Pasqualigo censet, non obligari Dominos ad ejusmodi coactionem, atque adeò nec Pastor obligabitur, ad eos de hac obligatione monendos, licet consultum sit, ut suadeat illis benignam adhortationem verbo & exemplo faciendam.

Qu. 8. *An, si ab ipso dispensatio in abstinentia carniumpetatur, petere debeat, ut Medici iudicium scripto adferant?* R. ita quidem fat multos exigere majoris cautelæ gratiâ, sed quia in multis locis ejusmodi Medici non habentur, nec comòdè adiri possunt, ideo etiam sine hoc dispensare potest, cum non sit credibile, eum, qui petit dispensationem, causam, quæ nullo modo probabilis ei videatur, allaturum; sed similia ex circumstantiis judicanda, prudentiæ ipsius Pastoris relinqui debent.

G 3

MEM-

MEMBRUM VIII.

De Reliquijs Sanctorum.

Qu. Quid circa has observare debeat Pastor? 1. *Præcipue.* 1. *Cautela in recipiendis*, scilicet, ut, si aliquæ ejusmodi Reliquiæ aliundè offerantur, non facile accipiantur, aut exponantur, nisi Episcopo recognoscente, aut approbante, quemadmodum Concilium Tridentinum Sess. 25. de decr. 2. requirit. 2. *Diligentia in asseruendis*, scilicet & in decoris vasculis observentur, & in cithis bene clausis, clave apud se retenta, custodiantur, si celeberrime sint. 3. *Religiō in exponendis*, ut videlicet non tantum in tempore in Altari exponantur, aut si alicubi mos feratur, sed etiam in Concilio, ut Populo monstrantur, & veneracionem Populo moneatur ad debitum cultum, & veneracionem exhibendam, simulque ad vitandos abusos & superstitiones sedulò cavendos.

MEMBRUM IX.

De Imaginibus.

Qu. Quid circa has observare debeat Pastor? 1. *Præcipue.* 1. *Selectum*, ut, quemadmodum Concilium Nicænum graviter prohibuit, imagines vanas, nugaces aut inhonestas studiosè arceantur; è contrariis illæ substituantur, quæ & ad articulos fidei nostræ inculcandos, & ad pietatem, devotionemque excitandam commodius magis videbuntur. 2. *Cultum*, quem in finem sapienter in Concionibus, tum in Carechismi explicatione, quando imagines præmij loco dividit, explicare debet, quâ intentione ejusmodi imaginibus honorem & veneracionem tribuat Ecclesia; & quomodo per hoc nulla idololatria ab ipso mittatur, uti falsò & vanè criminantur Hæretici. 3. *Methodum*, ut scilicet accuratè doceat, in quos usus ejusmodi imagines adhibere; quomodo in domibus & parietibus suspendere, ante illas suo tempore orationem perfolvere, & quæ necessitates, perinde ac si ipsi sancti præsentessent, illis commendare debeant.

M E M B R U M X.

De Cantu & Ceremoniis.

Qu. 1. *Quid circa Cantum observandum sit Pastori?* Resp. dandam ei operam esse, ut sequentes proprietates in eo observet. 1. Ut sit *gravis*, atque adeò omnis levitas & nimia celeritas in eo peragendo studiosè vitetur. 2. Ut sit *suavis*, suavitate non lasciva, & affectata, sed naturali, quæ in voci amœnitate, aptaque inflexione consistit. 3. Ut sit *pius*, id est, nihil prophanum continens, sed domui DEI & Divinis laudibus accommodatus, ut simul & verba intelligantur, & ad pietatem Auditores incitentur.

Qu. 2. *Quid in Ceremoniis sit observandum?* R. sequentes conditiones esse observandas. 1. *Vniformitatem*, quæ obtinebitur, si Pastor quivis in Ceremoniis ejusmodi usurpandis ritus in Rubricis Missalis & Breviarij, & in Ritualibus Diœcesanis præscriptos observet. 2. *Integritatem*, ut, quantum fieri potest, omnes Ritus circa quamvis functionem in dictis libris præscriptos studiosè observet. 3. *Decentiam*, ut scilicet cum tali gravitate & tarditate easdem exerceat, ut ipso modo agendi demonstret, se non prophanam quandam, sed cultui Divino consecratam actionem exercere, atque adeò sancta sanctè tractare velle.

Qu. 3. *Quid in genere circa rem Divinam in Ecclesia exercendam sit Pastori & Parochianis observandum?* Resp. hæc præcipuè esse observanda. 1. *Ordinem*, ut scilicet tempora pro quovis exercitio deputata accuratè observentur, & quidem ipse Pastor maturè illud incipiat, Parochiani verò maturè adesse studeant. 2. *Modestiam*, utque adeò omnes confabulationes, risus, aut aliæ ejusmodi levitates, cultum DEI summoperè dedecentes studiosissimè caveantur. 3. *Pietatem*, ut scilicet, quod olim ante ejusmodi actiones Præco in templo hortabatur (*age, quod agis*) hoc omnes sibi quoque dictum existiment, atque adeò DEVM suum in Spiritu & Veritate adorent, ne audire illam severam Servatoris increpationem cogantur: *Domus mea, domus Orationis est, vos autem fecistis speluncam latronum & scurrarum.*

§. II.

De Cultu particulari Cælitum.

MEMBRUM I.

De Cultu Christi Salvatoris.

Qu. 1. *Quid circa Christi cultum speciatim observandum sit?* Resp. sicut Christus quatuor Beneficia communia legimus in Verficulis ab Ecclesia indicata: *se nascens dedit suam vitam, se convalescens in edulium, se moriens in pretium, se regnans in gloriam*: speciali quodam modo, & in excellentiori gradu ipsi Pastori exhibuit, dum scilicet propter ipsum modò natus, sed etiam post annū trigesimū tribus annis ei proximo conversatus est, ut modum agendi, & conversationis Pastorem doceret; dum item non tantum se in edulium, sed etiam ut aliis Christianis dedit, sed etiam conficiendi & consumendi Corporis & Sanguinis sui amplissimam potestatem communicavit: dum denique non tantum pretium se propter se tulit, sed etiam, ut ipse Pastor hoc pretium quotidie in æterno in Persona Christi pro mundo offerre posset, ad altissimam Sacerdotis dignitatem eum exexit; ita merito sequentia à Pastore officia speciali studio erga eundem Cultum præstari debere, quæ quidem nonnemo sequenti simplici aptè complexus videtur.

Charitas tenerrima

Propter Redemptionem.

Gratitudo maxima

Propter Vocationem.

Imitatio studiosissima

Propter perfectionem.

Qu. 2. *Quomodo Charitatem suam erga Christum Cultum ostendere debeat?* Resp. per sinceram & amorosam reverentiam, *affectum, effectum, profectum* demonstratam. Et 1. per eundem *affectum* illi compatietur, si jugiter SS. ejus Passionem in memoria habeat; hoc enim sibi gratissimum esse non tantum amicis suis ostendit, præcipuè S. Gertrudi, dum eundem in Blofio c. 2. Monil. dixit, quoties quis crucifixi imaginem

animo piè commoto aspexerit, toties pietatis Divinæ oculum eidem obverti. 2. *Effectum*, ut illud S. Joannis 1. Jo. 2. dictum sibi applicans: *Filioli, non diligamus verbo & lingua, sed opere & veritate*: eat & ipse, & moriatur cum illo, mortificationem ejus quotidie in corpore suo gerens, & humilians semetipsum, & obediens factus usque ad mortem Crucis, seu clarius loquendo, nolit esse sine indigentia, dolore, & contemptu (hi enim, teste P. Balthafaro Alvarez S. J. Sacerdote, assidui Christi comites per totam vitam extiterunt) quoniam ipsum vidit tam inopem, virum dolorum, defectum, & novissimum virorum. 3. *Profectum*, ut vel ex hoc etiam motivo, ne tam copiosus labor & Passio sine suo careat, sed potius optatum fructum abundanter sortiatur, non modò ipse profectui animæ suæ, & perfectioni insigniter studeat, sed alios etiam ad similem profectum pro viribus excitare studeat; atque hæc tria officia, ut alacrius præstet Pastor, egregiè more suo hortatur S. Bernardus, dum ait: *Super omnia Te mihi amabilem reddit, Bone IESU, Calix, quem bibisti, opus nostræ Redemptionis; hoc enim omnino amorem nostrum sibi vendicat; hoc, inquam, devotionem nostram blandius allicit, iustius exigit, arctius stringit, & vehementius afficit.*

Qu. 3. *Qua Officia erga Christum in Evcharistia latitantem præstare debeat?* Resp. ista præcipuè. 1. *Frequentem visitationem in templo*: ad quam meritò excitare potest non modicè Pastorem, si meminerit in Evcharistia impletum, quod olim in Veteri Testamento Levit. 36. promiserat DEUS: *Ponam tabernaculum meum in medio vestri, & non abiciet vos anima mea: ambulabo inter vos, & ero DEVS vester, vósque eritis populus meus*: Quid enim aliud per hæc verba indicare voluit, nisi quòd in medio nostri sit futurus, ut Protector, ut Medicus, ut Consolator, ut Cibus, & præcipuè ut Consiliarius; si enim Moyses in quovis paulò graviore negotio recurrit ad Tabernaculum, ad consulendum Dominum, quidni etiam Pastor ad hoc Tabernaculum longè præstantius fugiat, ut audiat Divinum responsum, & ut pius Author ait, de multis rebus præsentibus & futuris instructus recedat: certè hunc morem zelosissimis quibusque Pastoribus usitatissimum fuisse scimus, uti specialiter de S. Francisco Xaverio Indiæ Apostolo Scriptor vitæ testatur, dum integras frequen-

ter noctes, in templo eum consumpsisse scribit; idem scripsit P. Balthaf. Alvarez (qui, ut S. Theresia revelavit de suo tempore omnium hominum, qui tunc cum ipso vivebant, sanctissimus erat) Ludovicus de Ponte in vita illius cap. 6. testatur, additque valde illi doluisse, quod tam parum essent, qui accederent ad negotia sua apud hunc Dominum tractanda, cum hujus rei causa ipse nobiscum sit; profectum Christum sincerè amaremus, contingeret nobis, quod si dum avulsus à Discipulis incepit cadere, & mæstus esset: deremusque in habitu nobis dici ab ipso illa ad sponsam dicta verba: Revertere, Sunamitis, revertere, ut breviter videamus te. 2. *Religiosam sumptionem* in eo constantem, ut ardentissimum illius desiderium ante illam incipiat; sub ea varios, eosque intensissimos Fidei, Spei, Charitatis, Humilitatisque actus eliciat; & post illam affectuosas gratias persolvens, suas & aliorum necessitates summa fiducia explicet, remediūque humiliter petat. 3. *Zelosam distributionem*, id est, ut non modò promptus sit ad SS. Christi Corpus omnibus petentibus porrigendum, sed etiam, ut multi frequenter petant, per ferventes actiones procurare studeat, uti infra fufius dicitur.

Qu. 4. *Quid circa Christum in terris conversantem observare debeat?* Resp. pariter tria, nimirum ut studeat, ut pro viribus imitari, in conversatione privata, prædicatione publica, & curatione charitativa corporum & animorum, quod quidem omnia, quomodo cum magno fructu & perfectione procurare possit, & debeat, infra, cum de actionibus ad Parochianos exercendis ageretur, pluribus explicabitur.

M E M B R U M II.

De Cultu SS. Cæli Reginae.

Qu. 1. *Quibus potissimum Officiis hunc hyperdulia cultum prestare debeat Pastor?* Resp. tribus illis, quæ nonnullis sequentibus Versibus indicavit.

Constans Veneratio
Propter meritorum Excellentiam.
Crebra Invocatio
Propter Patrocinij potentiam.

Qu. 2. *Quomodo venerationis officium implere debeat?* R. sequentibus præcipue modis. 1. *Cogitatione*; quod faciet, si certò sibi persuadeat id, quod olim Suarez to. 3. de Incar. fusè docuit, & ideo ipsa B. Virgo gratias illi agi voluit, quòd scilicet in primo Conceptionis instanti omnes Sanctos collectivè sumptos in donis supernaturalibus gratiæ, aliarumque virtutum longè superàrit, & harum postea singulis momentis per novos meritorios actus duplicatum incrementum acceperit, ut verè de illa S. Anselmus de Concept. Virg. dixerit: *Nihil tibi, O Domina, aequale est, nihil comparabile; omne enim, quod est, aut supra te est, aut infra te. supra te solus DEVS est; infra te omne, quod DEVS non est.* 2. *Verbo*, ita ut non modò ipsemet privatim eam laudibus condignis frequenter celebret, & præconia illius suavissimè commemoret, sed alios etiam, tum in publicis Concionibus, tum privatis colloquiis, ad similia laudis, amoris, & venerationis officia ei præstanda efficaciter incitare conetur. 3. *Opere*, id est, ut & variis signis exterioribus, puta inclinationibus & genuflexionibus, castigationibus corporis, misericordiæ operibus ipsius amore susceptis, & quod vel maximè ipsi in votis est, omnibus suis actionibus quotidianis ad ipsius honorem post DEI gloriam, per bonam intentionem specialiter ordinatis, internam suam de illius excellentia conceptam æstimationem contestetur.

Qu. 3. *Quomodo invocationis implere debeat Officium?* R. sequentibus actibus. 1. Magnam in ipsius Patrocinio fiduciam collocando, ita ut certò sibi persuadeat, eam præ omnibus aliis Sanctis & posse, & velle succurrere, quæ duo Officia, uti propria sunt Advocati, ita meritò sufficiunt ad magnam in eo, ubi reperiuntur, fiduciam collocandam, id, quod præclare iterum S. Bernardus ostendit his verbis: *Nihil sic potest vel pietatis eius, vel potestatis commendare magnitudinem, nisi fortè aut non creditur DEI Filius honorare Matrem, aut dubitare quis possit, in affectum charitatis transisse MARIÆ viscera, in quibus novem mensibus ipsa, quæ ex DEO est, charitas corporaliter requievit.* 2. In omnibus necessitatibus cum filiali affectu ad eam recurrento, juxta consilium
ejusdem

eiusdem Sancti : *In periculis , in dubiis respice stellam ,* *MARIAM , non recedat à corde , non recedat ab ora .* Cuius quàm efficax sit hæc invocatio , testatus est idem sanctus dum dixit : *Ille solus sileat Laudes tuas , O B. Virgo , qui te deliter invocatum senserit unquam in necessitatibus suis fuisse ; & quid mirum , si invocata adest , qua etiam non vocata præsto est .* 3. Etiam illas preces , & opera , quæ DEO offeruntur , per illius manus offerendo : ut iterum monet , similes fructum oblationis hujus ostendit S. Bernardus Sermonibus aquæ duct. dicens : *Modicum illud , quod offerre desideras , preciosissimis illis , & omni acceptione dignissimis MARIE manibus offerendum tradere cura , si non vis sustinere repulsam .*

Qu. 4. *Quomodo imitationis officium præstandum ?* Resp. sequentibus actibus. 1. Certò credendo , hanc imitationem esse gratissimum B. Virgini obsequium præcedentibus alijs , & absque hoc reliqua omnia parùm ab illa estimatum iri , uti bene advertit S. Hieronymus his verbis : *Imitatur , dilectissimi , amate MARIAM , quam colitis ; non quod quam amatis ; quia tunc verè colitis , & amatis , si non imitatur velitis ex corde , quam amatis .* 2. Pariter credendo , hanc imitationem potissimum in quotidianis operibus ad voluntatem DEI conformandis consistere , ut bene notavit S. Bernardus dixit : *Virginis est cultus gratissimus optima vita .* Hinc pro Patrocinio præstando rogata non aliud peti debet quàm , quæcunque dixerit vobis , servate , & facite . Omnem hujus Imitationis fructum & profectum DEO gratanter adscribendo , usurpandòque frequenter , illud solent illius Canticum Luc. 2. *Magnificat anima mea Dominum quoniam fecit mihi magna , qui potens est , & sanctum nomen eius .*

Qu. 5. *Quare hunc triplicem cultum præcipuo studio exhibere debeat Pastor ?* Resp. ob triplicem causam. 1. *Propriè commune officium ;* cum enim officium Pastoris requiratur , & ipse Parochianos suos assiduò cum S. Paulo parturiant , nec formetur Christus in illis , meritò eam ut Magistra spiritualis parturitionis eligere , & venerari debet . 2. *Propriè necessarium auxilium ;* cum enim ex una parte ob vocatam præcellentiam copiosa illi gratia necessaria sit , ex altera parte notum sit ex comuni SS. Patrum sensu , eam in multis

Ecclesie corpore collo comparari, per quod omnia Beneficia à Christo velut capite in reliqua membra distribui, & deri vari debent, facile apparet, si ulli homini, Pastori necessarium esse crebrum ad hanc SS. Patronam recursum. 3. *Propter opus solatium*: si enim visa est olim hæc Virgo benignissima socios S. Bernardi in agro laborantes invisere, recreare, & sudorem à vultibus abstergere, vasculoque chrystallino colligere, ut eundem Filio suo offerret, præmiùmque pro illo expeteret; quidni magis hanc gratiam & solatium speret Pastor in spiritali messe Animarum Christo Filio ejus lucrandarum piè occupatus, si in cultu illius & amore constans permanserit.

MEMBRUM III.

De Cultu reliquorum Calitum.

Qu. 1. *Quos potissimum Calites colere & invocare debeat Pastor?* Resp. hac in re optimè facturum, si morem Ecclesie Festa Sanctorum in varias classes dividendis secutus, in prima quidem classe ponat B. Virginem, S. Angelum Custodem proprium, Sanctum, cujus nomen gerit, SS. Petrum & Paulum, velut totius Ecclesie Catholice Principes, & si quos alios speciali titulo sibi colendos putat. In secunda classe Patronum Diocesis, Titularem sue Ecclesie, S. Josephum, S. Sebastianum pro peste, S. Barbaram pro felici morte obeunda, aliòsque, quos ob minùs principalem causam in Patronos elegit. In tertia classe, SS. Angelos Custodes & Patronos suorum Parochianorum, unà cum SS. Menstruis, qui ei per vitam obvenerunt, uti & illos etiam Sanctos, quorum anniversaria memoria illà die colitur. In quarta classe demum omnes Sanctos, utpote quos omnes in Patronos eligendos, summòque studio colendos esse, rationes nec pauca, nec leves mox referendæ persuadent.

Qu. 2. *Quare non tantum certi, sed omnes Sancti speciali cultu colendi sint?* Resp. ob tres præcipuè causas, quarum prima ex parte DEI offertur, qui ut summo amore & honore Sanctos omnes velut dilectissimos amicos prosequitur, ita summè quoque desiderat, gratùmque habet, si ijdem ab hominibus singulari studio colantur, atque adeò & ipse in illis, tanquã perfectissimis suis operibus lauderetur, & honoretur.

Hinc

Hinc S. David Psal. 150. tam sollicitè ad hunc cultum habitatus est, dicens: *Laudate Dominum in Sanctis eius.* Secunda ex parte ipsorum Sanctorum desumitur; cum enim illi omnidie noctuque in DEO summè laudando, honorando, & amando occupentur, hæc autem obsequia Pastor pluris æstimare debeat, quàm si personæ suæ propriæ fuissent exhibitæ, utique DEUM plùs multò, quàm se diligat, an non ingratus mus omnium mortalium censerì posset, si tantùm amorem non cognoscere, mutuísque officiis compensare studerem. Tertia tandem ratio ex parte ipsius Pastoris, id est, ex fructibus, quos ex tali cultu sperare potest, colligitur; cum enim quis sanctus omnia Clientis sui obsequia, ad ipsius amorem facta per revelationem DEI cognoscat, atque adeò ipsi in tutelam & protectionem assumat, & Advocati apud Deum officium pro ipso exercere soleat, an non ampliffimè in cultu omnium Sanctorum fructum Pastor referet, si omnes Sanctos in suis actionibus Spectatores, in necessitatibus invocatos, in periculis Protectores habere mereatur?

Qu. 3. *Quibus officiis colere ac venerari Sanctos habere debeat?* Resp. ijs præcipuè, quæ S. Bernardus in Psal. 138. habitat. SS. Angelis (nam eadem quoad hunc cultum præcipuumque est ratio, cum & Sancti Clientibus suis fideliter assistant) exhiberi suasit. scilicet 1. *Reverentiam pro præsentibus* ut scilicet in quovis diversorio, in quovis angulo Angelis nostris & Patronis reverentiam habeamus, neque audeamus illis præsentibus, quod homine vidente non audeamus. 2. *Fiduciam pro Custodia*; ut scilicet quoties gravissima est, ut urgere tentatio & tribulatio vehemens immineat, timeamus Custodes nostros, Ductores nostros, Adjutores nostros in opportunitatibus nostris, in tribulatione. Quid est, si sub tantis Custodibus timeamus, qui nec superari, nec seduci, minùs autem seducere possunt? Fideles sunt, prudentes sunt, potentes sunt, quid trepidamus? tantùm sequamur, & adhæreamus eis, & in protectione DEI Cæli commitemur. 3. *Devotionem pro benevolentia*: ut scilicet actiones nostras post DEI & Servatoris nostri, sanctissimæ Genitricis ejus honorem, ad ipsorum quoque cultum & beneplacitum referamus, atque adeò vel ex hoc titulo cum maxima diligentia ac perfectione elaborare studeamus; hic enim

cultus & purissimus (utpote omni nævo voluntario carens) & amplissimus (utpote uniuersa vitæ totius opera complectens) & longissimus est (utpote per totam vitam sine ulla aut diurna aut nocturna interruptione durans) atque adeò & facili negotio præstari à Pastore potest , & ipsi sanctis gratissimus futurus jure meritò judicatur.

CAPUT II.

DE DOCTRINIS ERGA TERRESTRES OBSERVANDIS.

HI in tres potissimum partes dividi possunt, quorum prima Superiores non potestate duntaxat, ut Episcopos & Decanos, sed etiam dignitate, uti sunt Magnates complectitur. Altera æquales, sub quibus veniunt alij Pastores, aut Clerici, Benefactores, Inimici, Vicini, Hospites, Peregrini, qui subditi non sunt, comprehendit. Tertia tandem Parochianos seu Subditos, qui & ipsi in varias classes pro sexûs & ætatis diversitate subdividi possunt, continet; erga quos omnes, quomodo se Pastor gerere debeat, hoc capite explicare aggredior.

§. I.

Quomodo Pastor erga Superiores gerere se debeat?

MEMBRUM I.

Quid erga Ecclesiam observandum?

Qu. 1. Quid erga S. Ecclesiam observare debeat Pastor? Resp. ea, quæ sequentibus Versiculis sunt comprehensa.

- Insignis honoratio
- Per vitæ sanctitatem.
- Filialis subjectio
- Per officij fidelitatem.
- Fortis propugnatio
- Per doctrinæ potestatem.

Qu. 2. Quare illam tantopere honorare debeat? Resp. ob tres causas. 1. Quia est Sponsa Christi, pro qua redimenda, mun-

mundanda, sanctificanda, congreganda, sibi que profusa
 jungenda Corpus & Sanguinem suum sacrosanctum tradidit
 non dubitavit. 2. Quia est *Magistra Veritatis*; si ergo
 Magistros, qui frequenter etiam falsa docent, tanto honore
 prosequendos censemus, quantum honorem debet Patris
 Ecclesie, quae à Spiritu Sancto illustrata non potest esse
 certam & infallibilem profiteretur doctrinam, ideoque columna
 veritatis appellatur. 3. Et praecipue, quia est *Mater* nobis
 de qua potiori jure sibi Pastor applicare illa verba ad Tobias
 juniorem à seniore c. 4. dicta potest: *Honorem habebit
 tri tua omnibus diebus vita eius; memor enim esse debet
 & quanta pericula (& persecutiones à varijs Tyrannis) pro
 sit propter te in utero suo.* Unde praclare ad hunc honorem
 amorem hortatur S. Augustinus Conc. 2. in Psal. 88. sequen-
 tibus verbis: *Amemus Dominum DEVM nostrum, non
 Ecclesiam eius: illum sicut Patrem, istam sicut Matrem
 lum sicut Dominum, hanc sicut ancillam eius, quia filij
 eius sumus, sed matrimonium magnam charitate compagemus.*
 Nemo offendit unum, & promeretur alterum; & clarissimè
 l. 4. de Symb. c. 10. *Huius conclusio Sacramenti per Eccliam
 terminatur: quoniam si quis absque ea inventus fuerit, non
 erit à numero Filiorum. Nec habebit DEVM patrem, qui Eccliam
 non noluisset habere matrem; nihilque ei valebit, qui
 didit, vel fecit tanta bona sine fine summi boni.*

Qu. 3. *Quomodo hunc honorem Ecclesia exhibere debet*
 & sequentibus officijs. 1. *Magnificando*, utpote quod
 DEVS tot tamque eximijs dotibus & promissionibus
 fratur: pro qua Christus, teste S. Paulo, se tradidit, ut illam
 sanctificaret, mundans eam lavacro aquae, in verbo vitae, ut
 haberet ipse sibi gloriosam Ecclesiam, non habentem maculam,
 aut rugam, aut aliquid hujusmodi, sed ut sit sancta
 immaculata. 2. *Firmiter assentiendo*, nempe non tantum
 doctrinis in S. Scriptura contentis, sed etiam Traditionibus
 Ecclesiasticis: nam in his rebus, de quibus nihil certum
 Scriptura Divina, mos Populi DEI, vel instituta magister
 pro Lege tenenda sunt, teste S. Augustino Ep. 86. ad C
 lam. 3. *Sanctè vivendo*; nam uti DEI, ita & Ecclesiam
 eius pulcherrimus est vita optima.

Qu. 4. *Quid filialis subiectio Ecclesiae praestanda exigit*

hæc potissimum; scilicet ut omnia Mandata & Decreta Ecclesie cum reverentia suscipiat, velut DEI Eloquia; cum humilitate approbet, velut divina oracula; cum amore impleat, velut materna imperia.

Qu. 5. *Quomodo propugnanda sit Ecclesia?* R. contra tres hostes eam fortiter defendendo. 1. Contra prophanos *Ethnicos*, superstitiones eorum stolidas detegendo, ac refutando. 2. contra pertinaces *Hæreticos*, falsitates eorum ac perfidiam solidis doctrinis expugnando. 3. Contra frigidos *Catholicos*, eorum vicia, quibus Ecclesie auctoritatem & splendorem imminuunt, acriter castigando, & corrigendo.

Qu. 6. *Quibus armis ad hanc propugnationem uti debeat Pastor?* R. sequentibus. 1. *Oratione*; hoc enim genus *Dæmoniorum* non ejicitur, nisi oratione, quâ scilicet gratia efficacis pro se & hostibus crebrò & ardentè petatur. 2. *Doctrinâ*; quâ veluti gladio ancipiti Verbi DEI junctæ hæreticorum machinationes & impugnationes efficaciter dissolvantur. 3. *Exemplo* juxta monitum S. Petri 1. Pet. 2. *Conversionem vestram inter Gentes* (& alios incredulos ac immorigeros) *habentes bonam, ut in eo, quod detrectant, de vobis, tanquam de malefactoribus, ex bonis operibus vos considerantes, glorificent DEVM in die Visitationis; Christi enim bonus odor sumus in DEO, in his, qui salvi sunt, & in his, qui perunt, alius quidem odor mortis in mortem: alius autem odor vitæ in vitam.*

MEMBRUM II.

Quid erga Superiores Ecclesiasticos sit observandum?

Qu. 1. *Quomodo erga Superiores Ecclesiasticos, præcipuè Episcopum, Vicarium eius Generalem, & Decanum se gerere debeat Pastor?* R. sequentia capita ei esse observanda.

Summa Reverentia,

Quia DEI Vicarii.

Charitas ingenua,

Quia Patres piissimi.

Obedientia promptissima,

Quia Pastores optimi.

Qu. 2. *Quomodo reverentia sit illis exhibenda?* R. his præcipuè officiis. 1. *Magni eos æstimando, nam ut bene S. Gregorius*

Instruct. IV.

H

gorius

gorius, C. quid ergo. 11. q. 3. dixit, non sufficit exteriori temperare Maioribus, nisi ex intimo cordis affectu subiciamus sentiamus de eis; hoc autem quomodo obtinere debent alibi l. 3. de Cura Past. c. 5. ostendit, monens Clericos, ne dum Praepositorum suorum vitam temerè iudicant, nullo modo rectè redarguant, inde per elationis impulsu in praesentia mergantur. Et ne, cum culpam Praepositorum considerant, tra eos audaciores fiant; sed sic eorum prava apud sententia non recuset. 2. Honestè de illis loquendo: ita iam olim DEUS Psal. 40. praecepit: Nolite tangere Ceruicem meos, murmurando scilicet, aut detrahendo, quia, ut Gregorius rectè ait, Praepositorum facta oris gladio feruntur sunt, etiam cum rectè reprehendenda iudicantur; alioquin dire cogentur illud Moysis Exod. 16. Non contra nos murmur vestrum, sed contra Dominum. 3. Honorem debitè exhibendo, ubi occasio datur; nam si de simplici Sacerdote S. Paulus 1. Tim. 5. Qui bene praesunt Presbyteri, honore digni habeantur, quid de Episcopis in Summo dotii gradu constitutis sentiendum erit?

Q. 3. Quomodo charitatem exhibere debeat? Resp. in officii. 1. Cavendo offensam: nam cum sint Patres paterfamilias in Christo ipsum genuerunt: jure usurpant ad illum. Malachiae 1. Filius honorat Patrem, & servus Domini sui; si ergo Pater ego sum, ubi est honor meus? & Dominus ego sum, ubi est timor meus? 2. Creando laudem per accuratam officii sui administrationem; nam Filius (qualis utique est Pastor talis) laetificat Patrem, Per hoc sic merebitur cum solatio audire: Hic est Filius meus dilectus in quo mihi bene complacui. Matth. 3. 3. Ostendendo pietatem: verè enim de Episcopo suo Pastor illa S. Pauli Heb. verba usurpare potest: Non habemus Pontificem, qui sit compati infirmitatibus nostris. Adeamus ergo cum fiducia ut gratiam (& auxilium) inveniamus in tempore opportuno.

Qu. 4. Quomodo obedientiam exhibere debeat? Resp. triplici perfectione, nimirum 1. Cum perfecta intentione, ita, ut suo modo adimpleat, quod S. Paulus Eph. 6. olim vis praeceperat, dicens: Servi obedite Dominis carnalibus cum timore & tremore (imò & amore) in simplicitate

vestri, sicut Christo, non ad oculum servientes quasi hominibus
 placentes; sed ut servi Christi, facientes voluntatem DEI ex
 animo cum bona voluntate servientes, sicut Domino, & non
 hominibus. 2. Cum debita extensione: ita ut usurpent respec-
 tu Episcopi sui, quod olim Populus Israëliticus Exod. 24.
 dixit: *Omnia, qua locutus est Dominus, faciemus, & erimus*
obedientes. nam ut rectè S. Bernardus, in tract. de præcept. &
 dispens. dixit: *Sive DEVS, sive homo Vicarius DEI manda-*
tum quodcunque tradiderit, pari profectò obsequendum est cura,
pari reverentia deferendum, ubi tamen D E O contraria non
præcipit homo; quòd si contigerit, vergendum indubitanter con-
sulo in sententiam Petri. Act. 5. quia oportet D E O magis obe-
dere, quàm hominibus. 3. Cum debita intensione: ita ut sim-
 pliciter (id est, non tantum opere implendo, quod præceptum
 est, sed voluntate etiam, & iudicio approbando, & volendo)
 hilariter (non ex tristitia, vel necessitate, quia hilarem Da-
 torem diligit DEUS 2. Cor. 9. & ut alius ait, Serenitas in
 cultu, dulcedo in sermonibus multum colorant obedientiam
 obsequentis) *velociter (nam verus obediens, teste S. Bernardo*
l. c. nescit moras, fugit crastinum, ignorat tarditatem, præripit
præcipientem, parat oculos visui, aures auditui, linguam voci,
manus operi, itineri pedes, totum se colligit, ut imperantis colligat
voluntatem) & perseveranter, quia sola perseverantia
 est, quæ amatorem obedientiæ ad Regis cubiculum introdu-
 cit, ut cum videat in decore suo, in quem desiderant Angeli
 prospicere; atque ad hanc perfectionem obedientiæ procu-
 randam Pastor tantò magis conniti debet, quantò magis ad
 eam per promissionem in ordinatione factam adstrictus est,
 nam, ut in Jure Canonico Cap. quamquam. dist. 29. dicitur,
 quamquam omnes, qui sacris mancipantur Ordinibus, Ca-
 nonicis Regulis teneantur adstricti; expedibile tamen visum
 fuit, Concilio Toletano, ut promissionis suæ vota sub cau-
 tione sponderent, quos ad probationis gradus Ecclesiastica
 probaret disciplina; solet enim plus teneri, quod singulari-
 ter promissum est, quàm quod generali sponcione concludi-
 tur. Et ideo placuit huic sancto Concilio, ut unusquisque,
 qui ad Ecclesiasticos gradus est ascensurus, non antè hono-
 rem consecrationis accipiat, quàm placiti sui annotatione
 promittat, ut Fidem Catholicam sincera cordis contritione

ac devotione custodiens, justè & piè vivere debeat, & in
 illis operibus suis, Canonicis Regulis contradicat, atque
 debitum per omnia honorem, atque obsequii reverentiam
 præ eminenti sibi unusquisque rependat, juxta illud Pauli
 Leonis dictum: *Qui se scit aliquibus esse præpositum, non
 sè ferat, sibi aliquem esse Prælatum; sed obedientiam, quam
 exigit, etiam ipse rependat.*

Qu. 5. *Quare tria officia hæc hactenus explicata singulariter
 erga Episcopum exercere debeat Pastor? Resp. ob hæc
 tria causas. 1. Propter bonum DEI, id est, gloriam & bene-
 neplacitum ejus, cui gratior est obedientia, quam victori-
 cujuscunque alterius obsequii; id quod non obscure
 Samuel Sauli indicavit, & ideo etiam Dei tantopere sibi con-
 placuit in Christo Filio obediens usque ad mortem Crucis,
 eique nomen super omne nomen dedit. Philip. 2. 1. *Pro-
 pter bonum Ecclesie: cuius incrementum & conservatio
 tissimum ab obedientia dependet, uti egregiè S. Ignatius
 aurea sua Epistola de obedientia his verbis ostendit: *Ab
 hac, qua de obedientia diximus, æquè privatus erga Superiores
 proximos, atque Rectoribus, Præpositisque localibus erga Pro-
 vinciales, Provincialibus erga Generalem, Generalem denique
 erga illum, quem DEVS ipsi præfecit, nempe suum in terris
 carum observanda sunt, sic, ut Ordinum perfectæ distinctio
 proinde pax retineatur, & charitas, sine qua nec Societas
 nostra, nec alterius, cuiuslibet sodalitati possit rectè gubernari
 conservari. Nimirum hoc modo Providentia illa deus
 omnia suaviter, infima per media, media per summa, per
 fines cuncta perducens. Hinc illa videlicet in Angelis natura
 rarchie ad aliam subordinata series. Hinc & Coelestium
 aliorum omnium, qua cœntur, corporum certis locis ac
 inter sese apta connexio, quorum conversiones ac motus ad
 movente supremo gradatim omnes usque ad infimos ritè pro-
 niunt. Idem in terris, tum in omni civitate bonis institutio-
 nibus, tum verò in Hierarchia Ecclesiastica cernitur, cum
 omnia membra & functiones ab uno Generali Christi Dominici
 nostri Vicario derivantur; & quò accuratius dispositio & dis-
 catio hæc custoditur, eò rectior erit gubernatio, & magis
 Contrà verò huius ordinis negligentia quàm gravia
 modà multis hominibus & societatibus importentur, nempe***

videt. 3. Propter bonum suum: id, quod Christus Jo. c. 15. olim Apostolis clarè indicavit, dum dixit: Ego sum vitis, vos palmites, qui manet in me, & ego in eo, hic fert fructum multum; sed triplicem potissimum, quorum primus est, gratiæ copiosæ communicatio, unde laborum omnis successus & fructus pendet. Secundus est fortis protectio contra omnes, qui ipsi quacunque ratione nocere voluerint; ut enim, quamdiu membra sunt capiti unita, fortiter ab eo defenduntur, separata autem relinquuntur indefensa; ita simili modo se res cum capite, & membris Ecclesiasticis habet; Hinc DEUS olim obediens Abrahamo Gen. c. 15. dixit: Noli timere Abraham, ego Protector tuus sum, Tertius subditorum prompta subiectio; id quod pulchrè S. Augustinus, in Psal. 103, indicavit dicens: Expedi inferius subyci Superiori, ut ille, qui subyci sibi vult id, quod inferius est, se subyciat Superiori suo. Agnosce ordinem, quare pacem. Tu maiori, tibi minor. Quid iustius? quid pulchrius: E contrario verò, ut idem S. Doctor alibi de opere Monach. ait, Quid iniquius, quàm velle sibi obtemperari à minoribus, & nolle obtemperare maioribus?

MEMBRUM III.

Quid erga Magnates observare debeat Pastor?

Qu. 1. Quomodo erga similes Magnates gerere se debeat Pastor? R. sequentia observando.

- Honoris iusti oblatio
- Propter statum eminentiam.
- Favoris conservatio
- Propter virium potentiam.
- Locutionis cautio
- Propter periculi presentiam.

Quorum officiorum primum æquissimum est, quia decet, ut magis honorentur ij, quos DEUS honoravit, & suos quasi Vicarios constituit; secundum utilissimum est, quia, ut bene S. Ignatius Constit. p. 7. c. 2. advertit, quò bonum universalius, eò & divinius est; & tales homines, cum profecerint, in causa erunt, ut ad multos, qui eorum auctoritatem sequuntur, vel per eos regulantur, perveniat. Tertium summè necessarium est, quia de hac locutione cum veritate dici potest illud

Officium Pastoris erga Magnates,
illud Ecclesiastici, c. 28. *Multi ceciderunt in ore gladii,*
non sic quasi, qui interierunt per linguam suam.

Qu. 2. *Quibus mediis benevolentiam & favorem talium Personarum conciliare & conservare debeat Pastor?* R. In quærentibus præcipuè. 1. *Piis desideriis & orationibus;* cum cor Regis in manu Domini sit, qui, quocumque inclinabit illud, meritò per preces potius ad DEUM quam per humanas industrias hic favor quæritur. 2. *Humili subiectione:* nam teste Ecclesiaste c. 11. *Sapientia humiliati exaltabit caput illius, & in medio Magnatorum constituet eum faciet;* 3. *Reverenti conversatione,* ut, five cum illis five de ipsis loquatur, non modò nihil minùs honorificè illis loquatur, sed potius excusans aut dissimulans (multa officii obligatio & discretio suadeat) ea, quæ minùs honorifica sunt, ipso loquendi modo ostendat, se collatam à illis potestatem, dignitatèque in iis agnoscere & venerari.

§. II.

Quomodo erga æquales se gerere debeat
Pastor?

MEMBRUM I.

Observanda erga Religiosos.

Qu. 1. *Quid erga Religiosos observare debeat Pastor?* R. In præcipuè, quæ sequentibus Versiculis indicantur.

Condigna æstimatio

Obstatùs perfectionem.

Benevola admissio

Ad laborum Communionem.

Amica gratulatio

Ob Privilegiorum possessionem.

Qu. 2. *Qua potissimùm privilegia data Religiosis servare debeat Pastor?* R. ea, quæ aliquo modo relationem ad ipsos habent ob potestatis æqualitatem, qualia sunt, quod possint vestes sacras & vasa ad Sacrificium deputare, medicare, ut ad illos pro hoc fine recurrere possint. Quæ sunt mendicantes, plerumque habeant potestatem ab illis

non tantum à peccatis, sed etiam à censuris in Bulla Cœnæ non contentis, aut ab homine generaliter non latis; commutandi & relaxandi vota Pontifici non reservata; prædicandi Verbum DEI non repugnantibus curatis Parochialium Ecclesiarum: porrigendi in suis templis Evcharistiam, præterquam tempore paschali, & in mortis articulo, nisi necessitas urgeat; imò possint etiam dare aliis facultatem in suis templis eam distribuendi. Quòd sint exempti à Decimis, prædialibus, & sæcularibus sæculari jure non possessis. Quòd possint suos Familiars, id est, Famulos in sæculari habitu servientes, aut Officiales suorum Monasteriorum aut domuum quocunque tempore absolvere, Sacramentum Evcharistia, & Extremæ Unctionis (non tamen matrimonii, nisi specialiter id eis sit permissum) administrare, & etiam sepelire, quòdque hos nemo excommunicationi, vel interdicto subicere possit, quamdiu in servitio horum Religiosorum sunt; quòd varias indulgentias proponere possint: Quòd Fideles possint die Festo Missas & Conciones apud ipsos etiam contradicentibus Pastoribus audire, & per hoc satisfaciant præcepto Ecclesiæ.

Dubia moralia.

Qu. 1. An Pastor possit quoscunque Religiosos confitentes audire? R. affirmativè, si peregrè veniant; quia prudenter supponere potest, talem Religiosum non petiturum, ut audiret ipsius confessionem, nisi facultatem generalem, vel specialem haberet confitendi.

Qu. 2. An possit absolvere Religiosum, de quo dubitat, an non casum reservatum habeat? R. si ipse etiam Religiosus dubitet, posse ipsum absolvere, eò quòd in dubio præsumatur non reservatus, uti multi apud Dianam p. 3. tr. 4. ref. 4. docent.

Qu. 3. An, si Religiosus casum certò reservatum habeat, possit eum absolvere? R. si necessitas aut gravis causa ad confessionem urgeat, posse eum absolvere, sed cum onere sistendi suo Superiori, uti iterum multi AA. apud Dianam docent.

MEMBRUM II.

Observanda erga alios Sacerdotes.

Qu. 1. Quid erga Sacerdotes specialiter observari debet?

Pastor: R. sequentia præcipuè.

Concordia in affectu

Propter vinculum Fraternitatis.

Reverentia in Colloquio

Propter meritum dignitatis.

Promptitudo in obsequio

Propter titulum equalitatis.

Si enim jam olim primi Christiani tanto inter se nervi-
tatis conjungebantur, ut, teste S. Scriptura, eorum esset
unum, & anima una; quanto magis similem inter se con-
suetudinem Pastores procurare debent, ut quorum officium
charitatem proximi à Christo toties commendatam vel
exemplo commendare.

Qu. 2. Quæ vitanda sint specialiter erga alios Sacerdotes?
Pastores? R. itidem tria.

Injusta æmulatio

Ob muneris successum,

Indigna conversatio

Ob noxium confessum.

Messis præoccupatio

Ob fervoris excessum.

Quarum quidem actionum non admodum laudabilium
ma committitur, si Pastor, dum alios, vel ad pinguius
noratiùsque beneficium promoveri, vel prædicationis, in-
versationisque gratiâ magnam nominis famam sibi com-
rare; aut copiosos ex labore suo manipulos, conversionis
licet animarum reportare advertit, invidiolâ quâdam
se sinat; quod quidem vitium tantò studiosius illi vitandum
est, quanto arctiori fraternæ charitatis vinculo aliis Sac-
dotibus obstrictus esse debet, atque adeò omnia illorum
na tanquam Fratrum communia reputare, maxime cum
per ipsam congratulationem, & amorem sibi propria
possit, uti eleganter S. Augustinus indicavit dicens: *Con-
gredere illi, cui DEVS aliquam gratiam dedit, & potes illi
quod in te non potes. Ille habet fortè Virginitatem, tu a illa*

& tua est: Hoc ideo, quia in illo tu es: per proprietatem enim non es tu, per charitatem tu es. Multò minus verò tristari debet, si alium talentis majoribus à DEO donatum, aut ad altiore dignitatem evectum videat, sed potius illam saluberrimam Thomæ Kempensis l. 3. c. 22. sententiam animo volvere: Ille, qui maiora accepit, non potest merito suo gloriari. Qui autem pauciora accepit, contristari non debet, nec indignanter ferre, nec ditiori invidere, sed te potius attendere, & tuam bonitatem maximè laudare, quod tam affluenter, tam gratis & libenter, sine personarum acceptione munera tua largiris; omnia ex te, & ideo in omnibus es laudandus, tu scis, quid unicuique donari expediat; & cur iste minus, ille amplius habeat, non nostrum est, sed tuum est discernere, apud quem singulorum definita sunt merita. Nihil ergo amatorem tuum, & cognitorem beneficiorum tuorum ita latificare debet, sicut voluntas tua in eo, & beneplacitum aeternæ dispositionis tuæ, de qua tantùm contentari debet, & consolari, ita ut libenter velit esse minimus, sicut aliquis optaret esse maximus; nam voluntas tua, & amor honoris tui omnia excedere debet, & plus eum consolari, quàm omnia beneficia sibi data vel danda. Secunda verò actio scilicet conversatio vitiosa per commestationes, ludos illicitos, vana & scurrilia colloquia pariter tantò studiosius vitanda est Pastori, quantò præstantior est fructus, pro quo obtinendo illi tum tempus, tum alia instrumenta & media tam liberaliter à DEO concessa sunt: *Consecrasti os tuum Evangelio*; talibus iam aperire illicitum, adsuescere sacrilegium, ait S. Bernardus; Quid diceret, si non tantùm levia verba proferentes, sed commestationibus diurnis, nocturnisque, ac ludis illicitis vacantes adverteret? an non repeteret notabilem illam suam sententiam? *Volat tempus irrevocabile, & non advertit inspiens, quid amittat; libet, inquiunt, fabulari, donec hora prætereat, quam tibi ad agendam pœnitentiam, ad acquirendam gratiam, ad gloriam promerendam* (addamus nos: ad DEI honorem amplificandum, ad Ecclesiam & Rempublicam protegendam, atque juvandam, ad animas DEO lucrandas, ad gaudium tibi, tuis Superioribus, & amicis, vivis atque defunctis, procurandum) *miseratio Conditoris indulset*: si ergo jam olim Rex Balthasar Dån. c. 5. quia vasa sacris usibus deputata pro Convivio adhibuit,

H 5

manum

manum parieti inscribentem vidit : Numeravit DEPUGNUM tuum , & datum est Medis & Persis ; an non similes sententiam & pœnam Pastor quoque timere poterit, si tempore divinis actionibus consecratum in prophanos usus tam prodigè insumperit ? Tertia tandem actio, scilicet mellis in nœ præoccupatio, vel ideo etiam studiosè vitanda est, sicut in exercitu nihil perniciosius est, quàm si milites subitione non contenti ordinem turbare, aliorumque locum vendicare præsumant, ita nec in Ecclesia, quæ, ut alibi dicimus, est similis aciei castrorum ordinatæ, gravius damnum & periculum creari potest, quàm si pulcherrimus ille ordinatio, quam illa tam sapienter instituit, ordo turbetur : sit ergo contentus Pastor loco suo, & intra sphaeram DEO præfixam se contineat, satisque præclare se munera functionum arbitretur, si ita suis, licèt paucis, Parochianis vigilat, ut dicere olim cum Christo Jo. c. 12. possit : *Quos dedisti mihi, custodivi, & nemo ex eis perivit, nisi in perditionis.*

Qu. 3. Cur Pastor singulari studio hanc charitatem erga alios Pastores & Sacerdotes ostendere debeat ? R. ob triplicem potissimum causam. 1. Ob *acquendam facilitatem operationis* ; tum quia sic partem laboris in alium transferat, tum quia magis copiosam à S. Spiritu gratiam potest sperare, si pote qui ad instar animæ non nisi membra inter se univificat, movetque. 2. Ob *comparandam securitatem promissionis* : nam *Frater, qui adjuvatur à fratre, quasi civitas* Prov. 18. id quod præclare olim Scilurus Rex Scythiarum, quinquaginta, quos habuit, filiis suis declaravit, dum paulo ante mortem ad se eos vocans, singulis fasciculum ex octoginta sagittis colligatum obrulit, frangeréque jussit, cumque illi id posset, soluto fasciculo cuilibet unicam sagittam potius iterumque frangere præcepit, quod cum illi nullo negotio præstitissent, hanc saluberrimam doctrinam subjecit : *Facilis est cum fratre, si quis se res habet, ô Filii ; quamdiu per vinculum charitatis invicem colligati eritis, nemo vires vestras poterit frangere poterit ; quamprimum autem rupto hoc vinculo privatam quisque utilitatem quæsierit, actum erit de vestro gno, de potentia vestra, quia absque difficultate hæc frangetur, & illud eripietur.* 3. Ob *de gustandam suavitatem*

solationis : illius nempe quam S. David olim gustaverat dicens Psal. 132. *O quam bonum & quam iucundum est, habitare fratres in unum; verè enim melior est buccella sicca cum gaudio, quod ex concordia percipitur, quam domus plena iurgii, teste Salomone Prov. 17.*

M E M B R U M III.

Observanda erga Benefactores.

Qu. 1. *Quid erga Benefactores, tum suos, tum Ecclesia sua observare Pastor debeat?* R. sequentia præcipuè.

Beneficii agnitio

Per dignam æstimationem.

Gratiarum actio

Per crebram prædicationem.

Vicissitudinis exhibitio

Per obsequiorum delationem.

Hæc enim tria præcipuè ad perfectam gratitudinem communiter requiruntur, nempe ut agnoscantur & æstimentur, & in memoria constanter habeantur accepta beneficia, & sic corde vel cogitatione exerceatur Gratitude: deinde ut æstimatio hæc tum ipsi Benefactori declaretur, tum apud alios etiam deprædicetur, & sic verbo & ore gratiæ agantur; & tandem, ut simili vel majori beneficio compensentur, & sic officium gratitudinis opere etiam, atque ad eò perfectè præstetur.

Qu. 2. *Quas ob causas Pastor specialem diligentiam adhibere debeat in dictis officiis erga Benefactores præstandis?* Resp. ob sequentes præcipuè causas. 1. *Ad præterita beneficia compensanda:* si enim agri fertiles decuplo plùs reddunt pro semine, quod acceperunt; & si vel ipsa brutorum feritas mitescat, atque ad mutua obsequia præstanda incitetur, quanto studio homo rationis usu præditus conniti debebit, ut hoc in genere ab irrationalibus istis creaturis se in gratitudinis officio persolvendo superari non sinat? 2. *Ad præsentia beneficia conservanda:* nam, ut rectè S. Chrysostomus Hom. 25. in Matth. dixit, *optima beneficiorum custos est ipsa memoria beneficiorum, & perpetua confessio gratiarum.* Hinc Thomas Kempensis l. 3. c. 10. ait: *Qui gratiam Dei retinere desiderat, sit gratus pro gratia data, & patiens pro oblata: oret, ut redeat: Cau-*

124 De Officio Pastoris erga Benefactores.
tus sit & humilis, ne amittat. 3. Ad futura beneficia pro-
renda: nam iugiter sibi subvenire facit, cui collatum benefi-
cium semper ob oculos consistit; & invitatur ad magna, quanta-
nter suscipit modica: spemque de futuris recipit, qui tantum
beneficia recognoscit, ait egregie Cassiodorus in Pl. Quoniam
miseric. & ep. 4. Ideo enim, teste pio Authore l. 2. c. 12. non
possunt in nobis dona gratia fluere, quia ingrati sumus. Autem
nec totum refundimus fontali origini, semper enim debetur gra-
tia dignè gratias referenti.

Qu. 3. Qua industria ad hanc gratitudinem ritè præsta-
dam à Pastore sint adhibenda? R. hæ præcipuè. 1. Accu-
rata notatio Benefactorum & beneficiorum: quem in libro
librum designare oportet, qui in duas partes divisus, duas
classes majorum & minorum Benefactorum contineat, ut
scripto nomine cujusque, qui beneficium contulit: deferatur
qualitate & quantitate beneficii, & tempore, quo collatum
est. 2. Significatio frequens grati animi, quæ fiet, si vel in
die natali Benefactoris; vel, ubi aliàs occasio se offert, hoc
aliquis specialis per vinculum natalium oblatum, aut aliud
simile obsequium deferatur; nam qui beneficium accepit,
feudatarius se Benefactoris constitutum agnoscere debet,
cui, si compensare beneficium non potest, in recognitionem
certè illius suo tempore obsequium deferre debet. 3. *Com-
mendatio per preces*, tum proprias, usurpando in
quenter illud Ecclesiæ: *Retribuere dignare, Domine, emenda
nobis benefacientibus propter nomen tuum vitam æternam*,
tum alienas expetendo, partim à Parochianis, partim à re-
maximè ab animabus, quas per opera sua purgatorii penam
eripere studuit; harum enim preces, uti certius peraguntur
& perfectius persolvuntur, ita meritò aptiores quoque celeb-
ri debent, ad varias Benefactoribus gratias à DEO efficaciter
impetrandas.

M E M B R U M IV.

Observanda erga Inimicos.

Qu. 1. Quid erga Inimicos observare Pastor debeat? R. Hæc
quæ sequentibus versiculis indicantur.

Injuriam condonatio

Per divinam dilectionem.

Orationis oblatio

Per ignorantiam praetensionem.

Amoris conciliatio

Per beneficiorum collationem.

Quorum primum est de præcepto juxta illud Christi Matth. 5, Si non dimiseritis hominibus, nec Pater vester dimittet vobis peccata vestra. Alterum de consilio juxta illud ejusdem Christi loc. cit. Diligite inimicos vestros, benefacite his, qui oderunt vos, & orate pro persequentibus vos, ut sitis Filii Patris vestri, qui in Cælis est. Tertium de congruo, si enim diligitis eos, qui diligunt vos, inquit idem Christus, quam mercedem habebitis, aut quid magni prestabitis? nonne & Publicani hoc faciunt?

Qu. 2. Quomodo iniuria condonatio facienda? R. cum istis conditionibus. 1. Cito, ita ut quemadmodum S. Paulus Eph. monet, Sol non occidat super iracundiam eius, sed potius sequatur consilium Christi Matth. 5. suadentis: Esto consentiens Adversario tuo cito, dum es in via cum eo: nam & vulnera recentia facilius curantur, quam inveterata; neque, qui laborat, curationem differt, donec fiat omnino fistula. 2. In regre: ut ipsa etiam memoria injuriæ, quantum fieri potest, deponatur juxta consilium Ecclesiastici, cap. 10. Omnis injuria proximi ne memineris: & nihil agas in operibus injuriæ; hinc jam olim Majores volebant, ut beneficia in chartis, injuriæ in aquis scriberentur, ne vestigia deprehendi possent. 3. Liberaliter: juxta consilium D. Petri 1. Pet. c. 3. Non reddentes malum pro malo, nec maledictum pro maledicto, sed è contrario benedicentes: si ergo, inquit D. Paulus Rom. 12. esurierit inimicus tuus, ciba illum: si sitit, potum da illi; hoc enim faciens carbones congeres super caput eius; noli vinci à malo, sed vince in bono malum.

Qu. 3. Quomodo Oratio pro Inimicis peragenda? R. cum sequentibus conditionibus. 1. Frequenter, sic enim sat clare Christus indicavit, dum orationem istam orationi, quam Apostolos docuit, & ab iis assidue recitari voluit, inseruit. Adde, quod nullo tempore defuturi sint inimici; omni ergo tempore pro illis orandum erit. 2. Ardenter: juxta Exemplum S. Stephani, qui postis genibus clamavit voce magna, dicens:

dicens Act. 7. *Domine, ne statuas illis hoc peccatum.* 3. *Manter*: excusando eos, & ignorantiam prætendendo præ Christi Exemplum: *Pater dimitte illis, non enim sciunt, quæ faciunt.* Luc. 23.

Qu. 4. *Quomodo amor Inimicorum conciliandus sit?* Responsum triplici potissimum medio. 1. *Studio perfectionis & conversionis cum DEO*; nam teste Salomone Prov. 16. *cum placent Domino via hominis, Inimicos quoque eius concorvat pacem.* 2. *Dulci colloquio*: nam eodem teste Prov. 14. *Verbum dulce multiplicat amicos, sermo durus suscitatur furor.* 3. *Crebro beneficio*; quia hi sunt carbones, qui, teste Apostolo, super caput Inimici congesti non possunt non in illorum tuum amorem accendere.

Qu. 5. *Quare Pastor hanc Inimicorum dilectionem præ studio exercere debeat?* Responsum ob causas, quæ ipsum speciale contingunt. 1. *Propter Sacrificii oblationem*; cum enim oblationem offerunt, imò quotidie SS. Missæ Sacrificium offerre debent, merito sibi specialiter dictum à Christo Matth. 5. *credetis, si offers munus tuum (quale utique in eminenti gradu hoc Sacrificium) ad altare, & ibi recordatus fueris, quia Inimicus tuus habeat aliquid adversum te, relinque ibi munus tuum, & vade prius reconciliari fratri tuo, & tunc veni offerre munus tuum.* 2. *Propter Vocationis perfectionem*: Cum enim Pastoris officium ex singulari beneficio acceperit, merito etiam non sanarum duntaxat, sed morbidarum quoque morborumque Oviium curam suscipere, easque humeris caritas ad ovile & Pastorem reducere debet; atqui supportationem hanc vel maximè tunc præstabit, quando sequatur verbum filii S. Pauli Colof. 3. *dicentis: Induite vos ergo sicut DEI viscera misericordia, benignitatem, humilitatem, modestiam, patientiam; supportantes invicem, & donantes vobis met ipsis, si quis adversus aliquem habet querelam, sicut & Dominus donavit vobis.* Accedit, quòd munus ipsius exigit, ut sit Mediator inter DEUM & homines sibi adversantes, & que mutuo reconciliet, qui autem hoc efficere poterit, si tales inimicitias foveat, & Mediatore indigeat? an merito jicietur illi: *Medico, cura te ipsum?* 3. *Propter divitiarum multiplicationem*: cum enim speciali studio propter status elevationem, imitationem Patris æterni procurare, & sic

perfectus esse, juxta Christi mandatum debeat, merito & ipse etiam solem, id est, charitatem suam non super bonos duntaxat, sed etiam malos facere debet oriri.

M E M B R U M V.

Observanda erga Hospites.

Qu. 1. Quid erga Hospites precipue observare debeat Pastor?
R. sequentia.

Benevola exceptio
Propter hospitalitatem.

Liberalis tractatio
Propter charitatem.

Jucunda conversatio
Propter hilaritatem.

Qu. 2. Quid sit hospitalitas? R. esse actum charitatis, quo proximus amore DEI frugali mensa & hospitio gratis excipitur: Ex qua descriptione patet, tria ad Hospitalitatem requiri. 1. *Intentio*: ut scilicet propter DEUM, & non prae cise ex amore & reverentia naturali exerceatur. Unde S. Hieronymus in cap. 1. ad Tit. Hospitalitatem illam remunerandam à DEO esse dicit, quæ membris Christi tecto indigentibus, & varias necessitates patientibus exhibetur. 2. *Moderatio*; neque enim Hospitalitatis, sed potius Prodigalitati nomen meretur exceptio, quæ cum excessu in multitudine, vel pretiositate rerum ad victum & habitationem pertinentium exhibetur, id quod bene S. Chrysostomus in c. 24. Matth. ostendit: *Hospitalitas non circa deliciosos cibos & magnos ostenditur, sed circa assiduas susceptiones impotentium & peregrinorum, ut hospitalitas non ab hominibus laudetur, sed à DEO censeatur.* nam *deliciosa conviviva magis luxuriam accusant, quàm humanitatem commendant.* Quare, ut rectè alius quidam ait, liberalitas mentis potius, quàm mensa, & alacritas in officiis præstandis potius, quàm prodigalitas commendat hospitalitatem. 3. *Liberalitas*, cujus quidem necessitatem Concilium Constantinopolitanum tertium cap. 9. ostendit his verbis: *Admonendi sunt omnes, ut hospitalitatem diligant: ut nulli hospitium præbere decreverint; & si cui forte hospitium præbuerint, nullam ab eo mercedem accipiant,*

piant, nisi forte illi, qui recipiuntur, sponte aliquid dent, non ille modus Hospitalitatis non solum inhumanus, sed etiam crudelis est, quo nunquam in domum hospes ante recipitur, nisi pro dandi hospitii merces compensetur.

Qu. 3. Qua sint proprietates vera hospitalitatis: potissimum. 1. *Discretio*: quâ scilicet & Personarum, qui recipiuntur, necessitas: & rerum, quæ per hospitalitatem feruntur, qualitas attendatur, ne scilicet aut sumptibus necessitati Hospitum, aut voluptati superfluat. 2. *Hilaritas*: nam hæc & ciborum condimentum optimum, & hospitii ornamentum gratissimum meritò reputatur; unde Ecclesiasticus c. 35. universim monuit: *In omni dato hilaris fac vultum tuum; Hilaris quippe dator non DEVS* teste S. Paulo 2. Cor. 9. sed homines etiam, ut experientia abunde probat, diligunt. 3. *Accuratio*: ut scilicet omnia quæ ad victum & hospitium pertinent, cum tanta sufficienter & diligentia præparentur & offerantur, ut nihil, quod culpæ, multum verò, quod commendare possit, inveniat, & effectum æquè ac affectum non sine magis solatio experiatur.

Qu. 4. Erga quas potissimum Personas hospitalitas eranda sit? R. erga has potissimum. 1. *Erga Religiosos*: hi enim uti virtutis merito, & paupertatis perfectioris studio, alios pauperes antecellunt, ita meritò quoque Hospitalitatis titulum majorem habere creduntur. 2. *Erga saculari pauperes*: de quibus S. Ambrosius l. 2. offic. c. 25. sic loquitur: *Eò magis infirmo ac inopi nos studere convenit, quia pro eo non habet remunerationem, speramus à Domino IESU, qui specie convivii generalem virtutis edidit formam, ut huiusmodi nostra conferamus beneficia, qui ea nobis non possumus restituere dicens, ad epulas & convivium non eos, qui divites sunt, pauperes invitandos; divites enim rogari videntur, ut ipsi quoque reddant convivium; Pauperes, quia non habent, restituunt, cum acceperint, remuneratorem nobis faciunt minimum, qui se pro Paupere obligandum obtulit; ad ipsos quoque sæculi usum collatio beneficii, facta in pauperes magis in locupletes plus iuvat, quia dives dedignatur beneficium, pudet eum debitorem esse gratiæ; Quin etiam id, quod collatum est sibi, meritis suis arrogat, quod velut debitum accepit*

ideo datum sit, eò quòd is, qui dedit, reddendum sibi à divite uberius existimaverit, ita in accipiendo beneficio, eo ipso quòd acceperint divites, dedisse se magis, quàm accepisse existimant; Pauper verò, etsi non habet, unde reddat pecuniam, refert gratiam, in quo certum est, quòd plus reddat, quàm accipiat; pecunia enim nummo solvitur, gratia nunquam exinanitur, condendo vacuatur pecunia, gratia autem & habendo solvitur, & solvendo retinetur. Deinde quòd dives refugit, pauper fatur, quòd sit obligatus, sibi que subventum, non honori suo delatum putat: donatos sibi arbitratur filios, vitam redditam, servatam familiam. Quando igitur melius apud bonos, quàm apud ingratos, locatur beneficium. 3. Erga Benefactores: hi enim, cum liberales aded se ac beneficos erga Ecclesiam, vel ipsum Pastorem exhibuisse supponantur, saltem gratitudinis jure exigunt, ut signum aliquod recognitionis erga eos ostendatur, quale præ aliis est Hospitalitas cum debita affectione exhibita.

Qu. 5. An non interdum etiam amicos & Consanguineos, licite ad convivia vocet, atque invitet Pastor? R. affirmativè, modò conditiones à S. Augustino S. 2. de Temp. Advent. præscriptæ observentur: Rogandi, inquit, sunt, & Parentes & Vicini, sed rariùs rogandi sunt, & non nimis sumptuosa & deliciosa, sed tam parca & sobria, vel honesta debent illis convivium præparari, ut remaneat, unde possint Pauperes refici, unde possit aliquid indigentibus erogari.

Qu. 6. Quas ob causas Pastor specialiter Hospitalitatem hanc exercere debeat? R. ob has præcipuè. 1. Propter conditionem Beneficii: nam teste S. Hieronymo c. Quoniam. 16. q. 1. Quidquid habent Clerici, Pauperum est, & ideo domus illorum omnibus debent esse communes. Susceptioni Hospitum, & Peregrinorum invigilare debent. Maxime curandum est illis, ut de Decimis & Oblationibus, Cænobii, & Xenodochiis, qualem voluerint & potuerint, sustentationem impendant, nec tam in Pauperibus paupertatem, quàm Religionem attendant. 2. Propter exigentiam officii, nam uti Concilium Parisiense l. 1. c. 14. rectè discurret: Cum Hospitalitas in tremendi examinis die, ab aeterno Iudice sit remuneranda, qui diciturus est: Hospes fui, & collegistis me, & ob id ab omnibus Christianis summopere sit sectanda, multò magis tamen, vigilantiusque ab his, qui di-

alicuius & exemplis ad vitam aeternam alii ducatum praeberent, postposita avaritia peste, & aliâ quâlibet occasione exequenda. Episcopi namque (& ob paritatem rationis cuiuscunque alterius Pastoris) domus commune omnium esse hospitium; ac proinde summopere illis studendum est, ut Hospitalitatem habendam subditis predicant, ipsi enim omnes primùm factus adimpleant. 3. Propter augmentum vini beneplaciti: quam rationem S. Paulus Heb. c. 13. laudavit, dicens: Hospitalitatis nolite oblivisci, per hanc enim quidam placuerunt DEO, Angelis hospitio susceptis. Unde non sperare poterit Pastor, cum DEUS non patiarit liberari se vinci, sed pro modico beneficio dare solet mensuram bonam, confertam, coagitatam & superfluentem in suam benefactoris. Quem in finem proderit memorabilem historiam à Caesario l. 4. c. 68. conscriptam ipsis Authoris verbis referre: Abbas quidam, ut puto, de Ordine nigro, sicut ex relatione cuiusdam Abbatis Ordinis nostri didici, hospitalis erat, & circa pauperes multum misericors; & quia in operibus misericordia fervens fuit, tales dispensatores domui sua ordinavit, qui eius fervorem non tantum non impedirent, sed non incenderent. Quando plures Hospites suscepit, quanto pietatis pauperibus exhibuit, tanto illi & domui eius Deo amplius benedixit; post eius mortem Successor eius avaritiâ, pietatis Officialibus amotis, & eis, quos tenere verat, substitutis, ait: Praedecessor meus nimis erat indiscretus, eius Officiales nimis prodigi, sic expensas Monasterij minuere oportet, atque temperare, ut, si foris seges grandinata fuerit, & tempora cara emerferint, habere unde pauperibus subveniamus; Huiusmodi verbis avaritiam suam pallians, Hospitalitatem prorsus exclusit, & confectis beneficis pauperibus subtraxit: Charitate subtracta propter non potuit Monasterii substantia, imò in brevi ad tantam devenire paupertatem, ut vix haberent, quod Fratres carerent. Die quadam Vir veneranda canitiei venit ad Monasterium, quaesivit hospitium, quem ille quidem clanculo & timore collegit, atque hospitalitatis officia pro posse illi exhibens adiecit: non te scandalizare debet, bone vir, tam negligenter te procuro, quia necessitas in causa est.

quando vidi talem statum huius Monasterii, ut, si venisset Episcopus, cum magna charitate & abundantia fuisset susceptus. Respondit ille: duo Fratres expulsi sunt de Monasterio isto, nisi illi duo fuerint reversi, nunquam bonus erit status eius: Unus eorum vocatur DATE, & DABITUR VOBIS alter vocatur, sicque ab oculis eius recessit. Portarius, cum esset Laicus, nomina eadem retinuit, Abbati & Fratribus audita recitavit; resumpta est hospitalitas, & cepit eis mox Dominus benedicere, ut prius.

MEMBRUM VI.

Observanda erga Hæreticos.

Qu. 1. Quid circa Hæreticos observare debeat Pastor? R. Præcipuè, quæ sequens strophæ indicat:

Affidua Oratio,

Vt vera lux luceat.

Mansueta conversatio,

Vt durum cor mollescat.

Percauta disputatio,

Vt Fides non vilascat.

Qu. 2. Quid in conversatione privata cum Hæreticis observandum sit? R. sequentia præcipuè. 1. Removenda impedimenta impediencia conversionem; qualia sunt, difficultas operum in nostra religione præscriptorum: damnum rerum temporalium, quod incurritur propter hæresin desertam: Parentum & Amicorum derelictio & persecutio: inconstantia nota: Catholicorum vitia, & schismata: avitæ Religionis desertio: contemptus gratiarum DEI: Judicij proprii fiducia. 2. Offerenda adiumenta promoventia conversionem; qualia sunt oratio frequens & fervens, quæ feritè petatur lumen à DEO ad veram fidem agnoscentiam; opera misericordiarum in eundem finem exercita: propositorum dubiorum clara solutio: oblatio libellorum solidè de rebus fidei discurrentium, quales sunt aliqui libelli P. Jodoci Ked, Clypeus Fidei, Manuale Becani, & similes. 3. Applicanda fomenta; Qualia sunt comis allocutio, errorum rariorum auscultatio, imperfectionum, quæ ad fidem directè non pertinent, dissimulatio, altercationis inutilis devitatio, fervoris in refutandis oppositis doctrinis moderatio, honorifica de ijs, & ejusdem

dem Sectæ asseclis locutio, variorum beneficiorum collatio, amoris sinceri significatio.

Qu. 3. *Quid in Concionibus contra Hæreticos observandum sit?* R. 1. *Abstinendum à Convitiis*, præsertim laceratis animo prolatis; hæc enim hoc ipso, quòd ex sincera charitate non provenire credantur, nocebunt plùs, quàm procedunt, nam, ut rectè S. Augustinus super Ep. ad Galat. admonet, *quidquid lacerato animo dixeris, punientis est impetu, non charitas corrigentis: dilige, & dic, quod voles.* 2. *Præsertim principis solidis*: Qualia potissimum sunt, quæ ex veritate Ecclesiæ, SS. Patrum consensu, discordia Hæreticorum, restate miraculorum, successione Pontificum, abfusione contraria doctrina illatis petuntur. 3. *Obvians in Concionibus*, ostendendo eorum inefficaciam, falsitatem, & inconstantiam coherenciam.

Qu. 4. *Quid in disputationibus cum Hæreticis observandum sit?* R. 1. *Apta materia selectio*: ut scilicet ad cavendas intractabiles mox aliqua quæstio fundamentalis arripjatur per disputationem, quales sunt de vera Ecclesia, Judice controversiarum, Traditionum autoritate, sensu vero S. Scripturarum, successione Doctorum & doctrinæ. 2. *Accurata formalis & logica observatio*: quia vix efficacius est medium ad cavendam & audaciam reprimendam; unde si ipsi in ordine & forma argumentum proponant, ipse Pastor ea ordine & forma redigat; sic enim haud difficulter eorum inefficaciam & falsitatem ostendet. 3. *Variarum industriarum, & rûmque constans usurpatio*: quales sunt, ut status quæstionis semper invariatus servetur: ut in eadem controversia non mutetur, donec plenè discussa sit, neque sinantur Adversarij, uti pro innata levitate solent, pro libitu ad aliam quæstionem probationis onus in illos rejiciatur, cum nos in possessione sumus: ut, si probatio ex Sacra Scriptura petatur de aliqua doctrina vel articulo, qui tantum ex Traditione habetur, postulatio hæc tanquam iniqua rejiciatur, cum hæc sit principalis controversia, an nihil aliud, quàm quod in Scriptura reperitur, credendum sit? ut ab illis nulla argumenta ex humana ratione & autoritate petita admittantur, cum ipsi se omnia ex S. Scriptura probare posse: ut contra eos non temerè quibusvis rationibus minùs solidis utatur.

alia facile solvantur, atque adeò ipse in probatione defecturus, Adversarij verò sibi victoriam arrogaturi, sicque in errore magis confirmandi sint (Optimum ferè & efficacissimū probandi genus est, quo P. Jodocus Kedd cum magno fructu usus est, ut scilicet dicatur, nostram solam Religionem posse probari talibus argumentis, quæ non æquè aliis, quorum dogmata rejicimus, servire possint: nullam autem ex hæreticis sectis ejusmodi argumenta afferre posse) ut responsio brevis sit, quia longis verborum ambagibus obscuratur solutio argumenti: ut semper magnum modestiæ & mansuetudinis studium præferat, neque irritari se sinat, etiamsi ipsos irritatos videat; multò minùs verò aculeatis verbis insultet, aut convitiis opponat, sed dissimulatis ejusmodi vitij argumenta sua proponere, aut alia, quæ ad disputationem pertinent, agere pergat.

Qu. 5. An eodem modo cum omnibus Hæreticis agendum sit? R. negativè, sed cum Becano in præludio Manualis esse distinguendos in quatuor classes, quarum prima continet *perstinaces*, atque adeò propriè dictos Hæreticos, contra quos præcipuè media hæctenus assignata, speciatim crebra oratio, sunt usurpanda. Secunda *Zelosos* complectitur, qui ex ignorantia potius, quàm pertinacia judicant suam sectam veritati & Evangelio conformem esse, atque adeò vitam & opes pro ejus defensione profundere sunt parati, quibus proinde omnis benevolentia, & commiseratio ostendenda, & oretenus vel per libellos aptos tum motiva credibilitatis pro nostra fide proponenda, tum discordia, falsitas, contradictiones suæ sectæ ostendendæ. Tertia *Frigidos* comprehendit, id est, eos, qui quidem agnoscunt errorem suum, & verò etiam parati sunt deponere, sed ob varias excusationes, quas frigidè prætendunt, in iisdem perseverant, quibus proinde partim inanitas & inefficacia harum excusationum solidis rationibus ostendenda (quem in finem colloquia P. Christophori Pfäumer insigniter conducunt) partim graves minæ, quas DEUS in Sacra Scriptura desertoribus Vocationis suæ proposuit, clarè ob oculos ponendæ erunt. Quarta denique *Dubios* includit, qui simplici ac recto corde veritatem quærunt, ideòque, quia ipsi veritatem per se invenire non possunt, ab aliis instrui petunt; qui proinde ad petendum à DEO lumen

& dubia sua fideliter proponenda animandi, accuratè pro-
 ptu instruendi, & exemplis primariorum Personarum, &
 post maturam considerationem, sepositis quibuscuq; &
 commodis fidem nostram amplexæ sunt, narratis idem
 animandi sunt.

§. III.

Quomodo Pastor erga Inferiores se gere debeat?

Per hos potissimum hoc loco intelliguntur ipsi Parochi-
 ni, qui ipsius curæ & directioni sunt Commissi, qui quæ
 in varias etiam classes subdividi possunt, videlicet Magis-
 tum, Cives, Domesticos, Conjugatos, Sponfos, Mulieres, Ab-
 mulos, Juventutem, Infantes, Infirmos, Tentatos, Careros,
 Defunctos, Excommunicatos, erga quos omnes speciatim
 quædam observanda, eodem ferè, quo modo notati sumus,
 ordine explicabuntur. Quia tamen aliqua plerisque eccle-
 communia sunt, ideo hæc ante obligationes particularium
 meritò præmittuntur.

M E M B R U M I.

De Obligationibus communibus Pastorum.

Duplicis generis obligationes habet Pastor, nimirum
 quas, quæ immediatè ad finem illius spectant, suntque
 numero, scilicet obligatio Sacramenta & Sacramentalium
 ministrandi, instruendi Parochianos per Conciones, Con-
 cheses, & privata colloquia: defunctos ad sepulturam con-
 tandi; aliæ versantur circa media ad prædictum finem
 nendum necessaria, suntque iterum tres numero, videlicet
 obligatio residendi, conversandi, parendi Superioribus,
 quibus omnibus in sequentibus membris, quantum ad
 Pastori poterit, agetur.

M E M B R U M II.

De Obligatione administrandi Sacramenta in genere.

Qu. I. Quid in genere circa administrationem Sacramen-
 tum Parochus observare debeat? R. ista præcipuè, 1. Pri-

beat sufficientem scientiam, id est, ut sciat, quæ Sacramenta, quibus, quando, & sub qua obligatione teneatur administrare. 2. *Ut nôrit convenientem praxin*, quâ possit Sacramenta juxta intentionem ac mentem Christi & Ecclesiæ fructuosè administrare. 3. *Ut habeat ardentissimum Zelum*, quo velit obligationi suæ satisfacere, atque adeò DEI honorem, & suorum Parochianorum salutem per administrationem dictam insigniter promovere.

Qu. 2. *Quid ad praxin Sacramenta administrandi requiratur?* R. tria. 1. *Ut integrè administrantur*, id est, debitam materiam & formam cum legitima intentione applicando. 2. *Ut sanctè administrantur*, id est, ut non tantùm status gratiæ procuretur, si quis extra illum constitutus est, sed etiam Cæremoniæ ab Ecclesia ad devotionem majorem excitandam præscriptæ accuratè observentur. 3. *Ut decenter administrantur*, id est, ut non tantùm habitu Clericali honesto, superpelliceo mundo, & decenti stola indutus sit, sed omnes etiam actiones, verborumque pronuntiationem ira moderetur, ut non minùs aliorum ædificationi, quàm propriæ devotioni serviat.

Qu. 3. *Quibus industriis ad horum Sacramentorum frequentem usum promovendum uti debeat?* R. 1. *frequenti commendatione*, ita Concilium Tridentinum Sess. 24. de reformatione. c. 7. jubet his verbis: *Ut fidelis populus ad suscipienda Sacramenta majori cum reverentia, atque animi devotione accedat*, præcipit S. Synodus Episcopis omnibus, *ut non solum, cum hæc per se ipsos erunt populo administranda, priùs illorum vim & usum pro suscipientium captu explicent, sed etiam idem à singulis Parochiis piè prudentèrque, etiam linguâ vernaculâ, si opus sit, & commodè fieri poterit, servari studeant.* Præcipuè verò, quòd hæc Sacramenta sint illa saluberrima media, per quæ, ut idem Concilium loquitur, omnis vera justitia vel incipit, vel cœpta augetur, vel amissa reparatur, ac proinde ex illis tanquam è fontibus Salvatoris haurienda sit illa aqua viva, quam qui biberit, in æternum non sitiet, sed fiet in cœfons aquæ salientis in vitam æternam. 2. *Promptâ administratione*: nam tergiversatio & morositas, multò verò magis repulsa plurimum ab usu rerum sacrarum avertit; damnû verò majus accidit, & nonnunquam irreparabile, quando

pro infirmis petuntur. Hinc Decreta Synodalia Augustanae
Dioecesis Par. 2. c. 2. n. 5. tam sollicitè præcipiunt, ut Pa-
res, quique eorum vice funguntur, ad Sacramenta ministran-
da vocati moram omnem abrumpant, & officio suo facien-
dere festinent, gravissimè puniendi, si quem ipsorum neg-
gentia & tarditate sine Baptismo, Pœnitentia, Sacro Viatico
aut extrema Unctione mori contingat. 3. *Gratuità ad-
satione*: de qua quidem optimè Manuale Parochorum p. 1.
c. 1. n. 4. sic loquitur: *Quibusdam in locis vetatur, ut Sa-
cramenti administrationem aliquid directè vel indirectè ex-
atur, ad tollendam simoniaca labis, vel saltem avariis op-
tionem; alicubi istud permittitur, quantum scilicet vel legi-
consuetudine taxatum est (stolam aliqui vocant) tu si-
sis, quia licitum, modò iustum, recipere poteris; sed exigua
ministerium, sordes olet; imò etiam operà præstia alteri-
ventiosè ad extorquendam solutionem, turpiculum est: cor-
nientius deferres ad tribunal Episcopi eum, qui solvere te-
perinaciter, cum solvendo sit: à pauperibus oblatas etiam
respice, ijs gratis dandum, quod gratis accepisti; decet
quam mediocris fortuna hominibus aliquid remittere, pro-
tim pro Sacramento necessitatis, si commodè pretium capere
non possint pro opera: neque ea liberalitas propterea præsum-
adfert Successori: si nonnunquam ditiores supra consuetum
ferant, acceptare potes, modò sponte sua donent. Ita dicitur
bellus prudenter & rectè.*

Dubia moralia.

Qu. 1. *Quibus personis Pastor Sacramenta administrare
debeat?* R. illis omnibus, qui sequentes condiciones habent
& 1. sunt *subiecti*, nam, cum pascere gregem sit actus
jurisdictionis, solis Parochianis administrabit Sacramenta
non alijs absque licentia proprii Pastoris, vel ipsius Superio-
ris, quæ facultas in casu necessitatis concessa videtur. 2. *Ab-
sentes*: hinc, qui usum rationis nunquam habuit, aut necesse
baptizatus est, ad nullum Sacramentum, præterquam Bap-
tismi admitti debet. 3. *Digni*: quales non sunt, qui vel
Sacramenta vivorum sine statu gratiæ: vel ad Sacramenta
mortuorum, si adulti sint, sine attritione prævia de peccatis
se ingerunt.

Qu. 2. *An sub gravi peccato obligetur Pastor ad Sacramenta administranda?* R. affirmativè ex communi Theologorum, cum objectum hujus obligationis de se grave sit, ipsaque salus Parochianorum à tali administratione pendeat.

Qu. 3. *An Pastor conscius peccati mortalis debeat semper confessionem præmittere, antequam Sacramentum ministret?* R. negativè cum Barbosa de Paroch. c. 17. n. 4. sed sufficit, si per contritionem in statu gratiæ se constituat, cum nulla Lex de confessione præmittenda sit posita, nisi fortè pro administratione Sacramenti Eucharistiæ prius celebrare deberet, aut propter accidentale quoddam impedimentum judicaret, se minus dispositum esse ad contritionem eliciendam.

Qu. 4. *An in gravi necessitate etiam cum periculo vita teneatur Parochianis suis Sacramenta administrare?* R. affirmativè cum S. Thoma, & communi Theologorum apud Barbosam l. c. n. 12. & seq. nisi alium idoneum cum consensu Ordinarij explicito vel interpretativo sibi substituat, aut ipsius vita ad reliquorum salutem necessaria esset, & Sacramentum, vel secundum se simpliciter non foret necessarium ad salutem, uti Eucharistia vel Extrema Unctio; vel certè respectu personæ, eò quòd ex verisimilibus conjecturis non habeat conscientiam peccati mortalis, vel per contritionem legitime se dispositura credatur. Ratio autem responsionis est, quia Pastor cum ipso beneficio suscipit hanc in se obligationem, ut velut bonus Pastor velit etiam ponere animam pro ovibus suis; ergo non potest subterfugere hoc onus, nisi alium substituat, & tunc, licet corpore absit, animo tamen, quantum fieri potest, præsens esse debet, ut nihil necessariū ad salutem ovibus desit, teste Barbosa n. 14. cum Chapeaville, quòd quidem de congruentia rectè dici videtur, non autem, quòd ex obligatione ad id teneatur, cum, uti supponitur, in alium idoneum cum Episcopi consensu curam Pastoraalem transtulerit.

Qu. 5. *An, si Pastor capitalem cum aliquo inimicitiam gerat, & prudenter timeat, ne noctu Sacramentum administrans invadatur ab illo, possit pro sui defensione arma portare?* R. Barbosa l. c. n. 21. cum Possevino, prius quidem tentanda alia media v. g. Amicos aut alios in societatem adsciscendos, qui eum defendant: si tamen hos habere non possit, posse ipsum

ipsum occultè arma ferre, etiamsi Sacramentum ferat, non
necessarium ad salutem sit Sacramentum, ad quod ministran-
dum vocatur, & non sit moraliter certum, ipsum occurrere
antequam ad infirmum perveniat; tunc enim, cum in-
firmus esset itio ad infirmum, ad eam non obligatus metus
datur.

Qu. 6. *An Pastor habens capitalem inimicam licitè
suis Parochianos, ut de die eum vocent pro Sacramentis
ministrandis, & protestetur de nocte se non iturum?* R. Barbosa
n. 22. & 23. ex Possevino negativè, eò quòd ire tenentur
quotiescunque necessariò vocatur; addunt tamen sine pro-
statione non eundi, posse eum monere Populum de periculo
atque adeò rogare, ut quantum fieri potest, abstineant à
eterna vocatione.

Qu. 7. *An, si Pastor in occultam excommunicationem
dedit, possit licitè petentibus Sacramenta ministrare?* R. neg-
mative, modò non possit ante administrationem impet-
absolutionem; ita Barbosa l. c. n. 24. cum pluribus alijs
hoc ipso, quòd Concilium Constantiense dedit facultatem
communicandi cum excommunicato tolerato, videtur
indirectè concessisse, ne excommunicatus toleratus
communicando & administrando Sacramenta, quando
tuntur à Fidelibus; alioqui enim ad illius peccatum
dum tenerentur abstinere à tali petitione.

Qu. 8. *An, si Pastor putavit, se esse legitimum Pastorem,
talis etiam ex communi errore est habitus, postea vero
hendam, se putativum tantum titulum, à Superiore tam-
tino datum habuisse, debeat rescindere omnem adminis-
trationem Sacramentorum, qua rescindi vel repeti potest?* R. in
communi Canonistarum apud Barbosam l. c. n. 28. neg-
cum in Jure Canonico cap. Infamis, 3. q. 7. expressè de-
tur, confessiones etiam talibus factas iterandas non esse
cètè tamen idem monet, hanc responsionem tantum pro-
re de inhabilitate per jus humanum constituta; in hac
sola, non autem in divina potest Ecclesiasticus Judex
re velle defectum Ministri.

Qu. 9. *An Pastor seclusa Episcopi reservatione possit
simplici Sacerdoti dare licentiam, Sacramenta distincta
licentia ministrandi?* R. affirmativè, uti teste Barbosa l. c. n. 29.

§. Congregatio negotijs Episcoporum & Regularium præposita definit, & ipsa praxis confirmat. Cur autem ad Sacramentum Pœnitentiæ ministrandum dare licentiam non possit, ratio est, quia ad hoc Sacramentum jurisdictio requiritur, quam solus Episcopus dare debet, uti Concilium Tridentinum Sess. 23. c. 15. decrevit.

M E M B R U M III.

De Obligatione Sacramentum Pœnitentiæ administrandi.

Qu. 1. *Quid circa administrationem huius Sacramenti potissimum observare debeat Pastor?* R. ea maximè, quæ sequenti strophæ exprimuntur.

Exacta audientia

De peccatis admissis.

Severa reticentia

De secretis commissis.

Discreta Pœnitentia

De delictis remissis.

Qu. 2. *Quid circa audientiam peccatorum observandum?*

R. 1. Ut omnia clarè & integrè percipiat, quia nescit justitiam observare sententiæ, qui non studuit perfectam habere notitiam causæ. 2. Ut, ubi opus fuerit, circumstantias & numerum peccatorum inquiret, quia sine horum explicacione non potest integra cognitio peccatorum, qualis ad confessionem requiritur, haberi, nisi per accidens ea non possint explicari. 3. Ut diligenter studeat qualitatem peccatorum cognitam habere; an scilicet sint mortalia, vel venialia duntaxat: an non sint Episcopo aut Pontifici reservata.

Qu. 3. *Quid circa reticentiam observandum?* R. 1. ut ea sine gravi & legitima causa per cogitationem non revocet in memoriam, sed perinde oblivisci studeat, acsi nunquam ea audivisset. 2. Ut neque per verba mentionem tam apud Pœnitentem, quàm alios de ijs faciat, nisi in ijs casibus, in quibus aut ipse Pœnitens facultatè dedit cum ipso loquendi, aut certè prudenter creditur non ægrè laturus, si de ijs cum aliquo saltem in genere loquatur. 3. Ut nec opere quidquam committat, ex quo aut Pœnitens aut alius prudenter suspi-

suspiciari possit, eum notitiâ peccatorum in confessione peccatorum usum esse; Quare universim meminerit septuplicis Sigilli, id est, obligationis, quâ ad Secretum artificum servandum obligatur, scilicet Præcepti naturæ, Præcepti DEI, Præcepti Ecclesiæ, Virtutis Justitiæ, Fidelitatis, Religionis, Charitatis, atque adeò pro hoc sine sibi applicabile memorabile illud Ecclesiastici cap. 20. consilium: *Non verbum adversus proximum tuum? (Pœnitentis contra ipsum) commoriatur in te, fidens, quia non te dirumpet.*

Qu. 4. *Quid circa pœnitentiam imponendam observandum?* R. sequentia potissimum cavenda. 1. *Nimia anxietas:* scilicet non cõvenientes pœnitentias imponat, ad quam quidem anxietatem cavendam proderit meminisse, quòd magis Authores probabiliter doceant, quòd non sit ulla pœnitentia saltem gravis, imponenda ei, qui probabiliter Indulgentiam lucraturus creditur; quòd non sit dimittendus Pœnitens, qui saltem levissimam pœnitentiam vult acceptare; quòd magis sit propter misericordiam, quam severitatem reddere rationem: quòd satius sit cum parva pœnitentia peracta pœnitentem ad Purgatorium, quàm cum magna non pergenda ad Infernum; quòd magis conducant ad satisfactionem pauca opera cum fervore, quàm multa sine illo peracta quòd minora mala timenda sunt ex nimis levibus, quam nimis gravibus pœnitentijs impositis. 2. *Nimia facilitas:* Peccatoribus gravibus absque conveniente pœnitentia dimittendis; aut in obligatione restituendi contracta dissimulanda, ubi oportet ob oculos habere Decretum Concilii Tridentini Sess. 14. c. 8. quod distinctè prohibet, ne pro gravibus culpis leves pœnitentiæ imponantur. 3. *Nimia severitas:* quia hæc & odiosum facit confessionis Sacramentum minus dispositum reddit Pœnitentem ad pœnitentiam obstinuosè peragendam; medium ergo hîc, si ullibi, tenuere debent, & prudenter zelosi Confessarij.

Qu. 5. *Quid circa Indulgentias, quæ satisfactionis Sacramentalis necessitatem aut minuunt, aut omnino tollunt, observandum?* R. hæc præcipuè procuranda. 1. *Sufficiens cognitio,* ut scilicet non tantùm sciat, quas ipse, sed etiam, quas Pœnitentes sive titulo omnibus Christianis communi: sive propter metalla, aut imagines, v. g. quinque Sanctorum, &c.

Caroli Borromæi, S. Thomæ de Villanova; sive ratione variorum Congregationum, Rosarij, Chordigerorum, Carmelitarum, B. V. Annuntiatae apud Patres Societatis JESU; sive denique ratione Stationum Romanarum, aut aliorum templorum obtinere possunt, & quid ad singulas obtinendas requiratur. 2. *Prudens æstimatio*: Quâ sciat legitimas indulgentias à falsis, quæ interdum circumferuntur à vagis aliquibus peregrinis Sacerdotibus, aut Religiosis ad pecuniam emungendam, discernere: de reliquis verò, quæ sufficienter fundatæ videntur, non solum honorificè ipse semper loquatur, & sentiat, sed similem etiam æstimationis sensum suis subditis ingenerare studeat; ad quem finem non parum conducet, si bene illis demonstrat, quantò opere tum DEUS ipse, tum Christus amorem suum per erectionem & apertionem hujus thesauri ostenderit, quàmque adeò meritò non parum offendendi sint, si advertant, tantum beneficium tam parvi à Christianis fieri, tamque negligenter in suam utilitatem converti. 3. *Studiosa applicatio*: ut scilicet non ipse duntaxat tantam, tamque necessariam gratiam participare non negligat, sed ad idem etiam faciendum Parochianos suos assiduo & efficaciter impellat, tum varias praxes & modos, quibus eas obtinere possint, suggerendo: tum potentes stimulos ex charitate erga se ipsum & proximum, præcipuè defunctos, quibus sat multæ indulgentiæ ex Concessione Pontificis, imò ex proprio arbitrio (licet non infallibiliter) omnes juxta nonnullorum Authorum sententiam applicari possunt, petitos identidem admovendo: tum denique difficultates, & prava judicia, quæ interdum de hujusmodi indulgentiis conceperunt, aptis solutionibus tollendo.

Qu. 6. *Quid Jubilæi tempore observandum Pastori? R. 1.* tria præcipuè curanda. 1. *Matura promulgatio*, ut scilicet eo tempore, quod pro singulis Parochijs ab Ordinario constitutum est, facile obtineri possint. 2. *Accurata instructio*: quæ requirit, ut imprimis Bulla ipsa in vernaculam linguam redacta; aut certè, ut praxis habet, submissum ab Ordinario Decretum & Bullæ compendium legatur; deinde conditiones ad obtinendum Jubilæum præscriptæ clarè & ad captum explicentur: & tandem, ut facultates variæ per ejusmodi Jubilæum concessæ non sine commendatione paternæ bene-

benevolentia, & charitatis, quæ tum à DEO, tum à summo Pontifice per concessionem talis Jubilæi copiosè demonstratur, & confirmatur, proponantur. 3. *Studiosa cooperatio*, ut scilicet non tantùm ipse Pastor paratus sit, confessionerum, qui eam tali tempore peragere volent, libenter & patienter audire; sed alios etiam, ubi vel necessitas, vel maius commoditas, & consolatio Parochianorum exigere videatur. Operarios in auxilium advocet; præcipuè verò labores, & subditi sui præscriptas condiciones perfectè, & securiorimodo, id est, juxta sententias non tantùm probabiles, sed omnibus aut plerisque approbatas implere studeant: unde advertat, aliquem v. g. non posse ampliùs tria jejunia tribus diebus constitutis peragere, posse autem tribus diebus continuè; in tali casu, licet non desint Authores, qui probabiliter putent, etiam tali modo peracta jejunia sufficere ad obtinendum Jubilæum, quia tamen sequendo hanc sententiam certi non essent de obtentione Jubilæi, præstat certam viam inire, atque adeò mutare hoc triplex jejunium in aliud quoddam opus æquivalens; sic enim juxta omnes Authores (si aliunde nihil desit) lucrabitur Jubilæum.

Qu. 7. *Quid circa casus reservatos observare debeat Pastor?* sequentia præcipuè procuranda. 1. *Sufficiens cogitatio*, quâ saltem illos casus, qui frequentius incurri solent, in memoria habere studeat. 2. *Prudens ponderatio*: qua omnes circumstantias diligenter examinet, & an non aliqua ex illis reservationem tollat omnino, accuratè secum perpendat. 3. *Causa absolutio*: ut scilicet, nisi gravis aliqua causa id cogere videatur, non absolvat eum, qui similem casum reservatum habet; si verò legitima causa absolvendum suadet, diligenter de onere se sistendi Superiori moncat.

Qu. 8. *Quibus industriis potissimùm Pastor uti debeat, ut optatum fructum ex administratione Sacramenti huius obtineat?* Re. sequentibus præcipuè. 1. Ut studeat esse benignus Pater in audienda confessione, ita ut nec ad nimias blanditias, & sensualem Matrum amorem declinet; nec per nimiam severitatem in audiendo & examinando Pœnitente paternam charitatis & mansuetudinis obliviscatur. 2. Ut studeat esse Iustus Index in impertienda absolutione, absolvendo scilicet eos, quos, & quantum potest, efficiendòque sedulo, ut

cuique alteri læso jus à Pœnitente tribuatur, cautionem etiam juramento vel alio modo præstitam exigendo, ubi prudens Judicium eam necessariam esse persuaserit. 3. Ut in satisfactione imperanda studeat esse *prudens Medicus*, præscribendo pœnitentias non tantum ad reatum culpæ tollendum opportunas, sed etiam ad morbi radicem tollendam aptas: con-
diendo item amaritudinem medicinæ, Saccaro seu dulcedi-
ne paternæ consolationis & adhortationis: & tandem, ubi
opus fuerit, acrioribus remedijs, omnem respectum aut va-
num offensæ incurrendæ timorem deponendo.

Dubia moralia.

De Confessione Sacramentali.

Qu. 1. An Pastor habeat Jurisdictionem ordinariam in foro pœnitentiæ circa omnes suos Parochianos? R. affirmativè cum communi Authorum, & colligitur ex ipso Concilio Tridentino Sess. 23. c. 15. ex quo rectè deducunt Authores, cum, qui tale Beneficium curatum accepit, ceteri approbatum absque alia licentia per Ordinarium facienda.

Qu. 2. An dicto modo approbatus possit audire confessiones extra suam Parochiam? R. posse quidem ipsum suos Parochianos extra Parochiam existentes audire; non tamen alios, uti ex multorum autoritate probat Barbosa de Paroch. c. 19. n. 4. & 5. additque ita decisum ab ipsa etiam S. Congregatione.

Qu. 3. An possit ijs, qui maiore anni parte domicilium intra Parochiam habent, Sacramentum hoc ministrare? R. affirmativè cum Laymanno, l. 5. tr. 6. c. 10. n. 9. qui ait, ipsum etiam Advenas & Peregrinos ex tacita voluntate Ordinarium per consuetudinem confirmata tempore Paschali audire posse, si ad propriam Parochiam facilè accedere non possint.

Qu. 4. An possit alienos Parochianos sub spe ratihabitionis de futuro absolvere? R. cum Layman. l. c. n. 16. & alijs negativè, seclusâ consuetudine; quia cum Jurisdictio in hoc Sacramento essentialis sit Sacramento, & Minister officio Judicis fungatur, non potest idem Sacramentum administrare, nisi præsumpto consensu de præsentibus, qualis non est, si sub ratihabitione de futuro Sacramentum administrare velit.

Qu. 5.

Qu. 5. *An possit alteri Pastori curam in sua Parochia committere?* R. affirmativè cum Ludovico Engel p. 3. man. c. n. 6. ubi ait, passim receptum esse consuetudine, ut ab uno Parocho possit altero Parocho cura in sua Parochia committi, & delegari ad breve tempus, idque non tantum in dicitur Parochiis ejusdem Diocesis, sed etiam in confinio diversarum constitutis procedere, ut Lugo de pœn. d. 21. l. 1. n. 1. & alij existimant, sicque locum habere axioma Juris, c. lecti. 4. de Arbit. cap. Contingat, 13. de foro comp. quod consuetudo jurisdictionem tribuat.

Qu. 6. *An possit quemcunque Sacerdotem pro Cooperatore suscipere, eique suam Jurisdictionem delegare?* R. negativè sed debere talem Cooperatorem prius ab Episcopo ejusdem Diocesis seu Ordinario esse approbatum, eo quod hinc Jurisdictionem conferre soleat confessiones audiendi. Barbosa de Paroch. c. 19. n. 27. cum multis aliis.

Qu. 7. *An teneatur Parochianorum suorum confessiones quandocunque hi petierint, audire?* R. non deesse quosdam probatos Authores, qui putent, eum semel tantum se obligari ad eosdem audiendos; ita enim Reg. Silv. de milla, & alij sentiunt apud Barbosam l. c. n. 8. rectius tamen hunc cum communi aliorum docere, quod toties oportere teneatur, quoties prudenter judicaverit expedire nullaque subest causa negandi. Ratio est, quia, cum homines frequenter in peccata mortalia labantur, & propeccato periculo aternæ damnationis sint expositi, utique Pastor officio Pastoralis Officij tenebitur, quandocunque potest, & petunt, eos ex tanto periculo eripere, & ipsorum profectum spirituales omni meliore modo promovere.

Qu. 8. *An teneatur Parochiano petenti licentiam committere alteri dare?* R. affirmativè cum Barbosam l. c. n. 1. & Laymannus l. 5. tr. 6. c. 13. n. 3. esse communem licentiam; siquidem justam causam afferat, quia, cum parochia varia impedimenta intervenire, ob quæ aliquis justam necessitatem concipiat, proprio Parocho confitendi, æquum omnino est, ut facilem se præbeat in ejusmodi licentia concedenda, ne per illius rigidam negationem subditos a frequentatione hujus Sacramenti tam necessarii usu absterreat.

Qu. 9. *An, si quis ex Parochianis ipso non interrogato*

gularibus confiteatur, id permittere teneatur? R. affirmative cum communi, modò ejusmodi Regulares ab Ordinario approbati existant, idque adeò verum est, ut Diana p. 4. tr. 8. ref. 102. & alij suspectum de Hæresi fieri dicant, qui doceret, confessos Regularibus, etiam in Palchate, teneri iterum confiteri peccata sua Parocho.

Qu. 10. An schedam facta confessionis teneatur dare illi, quem propter indispositionem non absolvit? R. et si non desint, qui negativam teneant, verio rem tamen, & obligationi de Sigillo tenendo conformiorem esse affirmativam sententiam, cum verè dicere possit, talem sibi confessum esse; monet tamen non malè Layman. l. 5. tr. 6. c. 14. n. 8. si scheda non statim offerenda sit, rectius negari tale testimonium, moneri que Pœnitentem, ut se priùs rectè disponat ad veram confessionem. Idem etiam faciendum censeat, si quis ficto & simulato animo accederet ad confessionem; in tali enim casu cooperari censeretur ad fictionem, si schedam ei offerret.

Qu. 11. An possit absolvere eos, qui à Secta Lutheri vel Calvinii recedere volentes, ab eo deprehenduntur cum ignorantia inculpabili in erroribus suis perseverasse? R. affirmative cum Laymanno l. 2. tr. 1. c. 13. n. 4. nisi consuetudo alicubi vigeat, ut etiam tales ab aliquo habente potestatem ab Hæresi absolvendi absolvantur, in tali tamen casu non debet in absolute dicere; Absolvo te ab hæresi, quam incurristi, sed si eam incurristi.

Qu. 12. An, si Pastor occultè excommunicationem aut suspensionem incurrerit, possit subditorum iusta de causa confiteri potentium confessiones audire? R. affirmative Barbosa de Paroch. c. 17. n. 24. cum multis aliis, modò priùs contritionem eliciat, nec ipse possit priùs absolutionem ab excommunicatione commodè impetrare.

Qu. 13. An si aliquis ex subditis casum reservatum illi confiteatur, possit illum ad alium Parochum vel Regularem habentes Privilegium absolvendi mittere? R. cum Ludovico Engel in Man. p. 3. cap. 2. n. 6. moneri quidem debere subditum, ut Episcopo se sistat; si tamen is nolit aut difficultatem gravem, aut aliam justam excusationem offerat, posse illum mitti ad privilegiatum, qui proinde illum potestate non quidem delegata, sed prorogata (quod fit licentiam

dando subdiro, ut alteri se subijciat) absolvere poterit enim Pastor potest suam jurisdictionem in subsidium de-
re, cur non etiam licentiam dare possit, ut se alterius jurisdic-
tioni subijciat.

Qu. 14. *An, si Subditus aliena Diœceseos casum in sua Diœcesi reservatum afferat, possit eum Pastor absolvere?* R. quidem Pastorem sequi Laymanni sententiam l. 5. c. 10. de pœn. distinguentis, & si quidem casus in sola Pœnitentiâ Diœcesi reservatus sit, posse eum absolvere; non tamen si in Pœnitentiâ Pastoris Diœcesi, vel utrâque sit reservatus, tunc enim ad alterutrum Episcopum, aut alium, qui potestatem absolvendi ab illis accepit, mittendum esse; magis tamen consultum fore, sicut Ferdinandus de Castro, & alij docent, semperque modi Pœnitentem ad eum, qui reservavit, aut cui hanc potestatem absolvendi dedit, aut qui ejus Superior est, mittendum esse.

Qu. 15. *An Pastor habeat facultatem, quemcumque Confessarium eligendi?* R. cum Barbosa affirmativè, sed hanc facultatem non ex Jure (vi hujus enim Episcopo consultum debent) sed ex consuetudine convenire.

Dubia moralia.

De Indulgentijs.

Qu. 1. *An, si Pastor probabiliter iudicat Pœnitentem laicorum indulgentias plenarias, debeat illi nihilominus medicalem pœnitentiam iniungere?* R. negativè cum Lugone & alij, quia, cum Pœnitentia medicinalis tantum sit accessorium Pœnitentiæ Sacramentalis, meritò hâc sublatâ etiam medicinalis Pœnitentia sublata creditur.

Qu. 2. *An, si Ecclesia Parochialis antiqua destruitur, vel in eodem, vel alio loco de novo sub eodem titulo ac Parochia adificetur, Pastor indulgentiam prius habitam adhuc eadem tam reputare debeat?* R. Layman. affirmativè, quia merito eadem censetur Ecclesia; modò talis Ecclesia non sit auctoritate Superioris in pœnam delinquentium destructa; tali enim casu omnibus privilegijs spoliari censetur, Indulgentia præcisè ratione sitûs & loci concessa fuerit, non enim amitteret indulgentiam, si in alio loco ædificaretur.

Qu. 3. *An, si iubilæum in sua Parochia proposuit, possit adhuc Parochianos suos ad indulgentias pro Defunctis lucrandas adhortari, aut Indulgentias Altaris privilegiati aliis applicare?* R. affirmativè cum Diana & communi aliorum, quia respectu Defunctorum cessat ratio suspendendi Indulgentias, quæ est, ut Fideles tantò magis incitentur ad Jubilæum Romæ acquirendum.

Qu. 4. *An, si ob Leges Rubricæ Festum aliquod in Parochia transferri debeat, etiam Indulgentias ob illud festum concessas, pro illo primùm die, in quem transfertur, promulgare debeat?* R. negativam quidem sententiam ab Azor, Fagundez, & quibusdam aliis teneri, affirmativam tamen sententiam probabiliùs ab aliis apud & cum Diana p. 6. tr. 7. & 8. ref. 3. 1. teneri, modò tam in choro, quàm in foro transferatur; verùm P. Gobat in thes. indulg. n. 327. putat, eas etiam transferri, licet quoad chorum tantum transferatur, saltem loquendo de primarijs Religiosorum Festis, eò quòd tunc ratio, propter quam ad tale festum Indulgentia concessa est, adhuc vigeat, nempe ut Festum tale à Fidelibus cum tantò majori frequentia celebrètur.

Qu. 5. *An, si templum Parochiale, vel aliud, in quo Indulgentia sunt proposita, nimis angustum sit, possit publicè Auditores sub concione hortari, ut foris preces præscriptas persolvant?* R. affirmativè cum Laymanno l. 5. tr. 7. c. 3. n. 3. quia tales adhuc censentur moraliter præsentés. Imò Suarez d. 52. s. 1. n. 7. apud eundem putat, in ejusmodi concessione etiam Cæmeterium nomine Ecclesiæ comprehendi, quia in favorabilibus verba latè interpretanda sunt. Quamvis rectè moneat Layman, extra casum necessitatis id semper agendum esse, quod certius & securius est.

Qu. 6. *An possit Parochianos suos securè hortari, ut per consuetas preces Angelus Domini &c. cum tribus salutationibus Angelicis lucrari quotidie contentur plenarias Indulgentias?* R. affirmativè; quia ejusmodi Indulgentias à duobus Pontificibus Sixto V. & Paulo III. concessas esse, varij Authores apud Dianam p. 4. tr. 4. ref. 24. testantur; etsi verò ipse Diana p. 10. tr. 16. ref. 1. judicet, ad pomeridianum tantum pulsus eas obtineri, alij tamen indeterminatè loquuntur, unde præstat ad omnes pulsus, si fieri possit, eas preces persolvere.

Qu. 7. *An, quando pro Festi alicuius Indulgentiis obtinenda requiritur communio, & aliquando duo eiusmodi Festa propinqua concurrunt, possit dicere subditis, unicam Communionem pro utriusque Indulgentiis lucranda sufficere?* R. affirmativè cum Lugone & aliis apud P. Gobat, quia morè censetur ad utrumque Festum pertinere, cum saepe aliquod festum aliquod per Communionem honoraturi pridie communicare soleant. Quia tamen aliquando Romæ rescripta non sufficere Communionem in Feria V. Cenæ Domini peractam pro Indulgentiis sequenti die, si in eam incidat festum Annuntiationis B. V. ideo securiùs est, utroque die Communionem peragere, quod in raro & extraordinario casu concilè concedi potest.

Dubia moralia.

De Jubilæo.

Qu. 1. *An possit Pastor tempore Jubilæi pro poenitentibus imponere preces prescriptas ad indulgentias non plenarias obtinendas?* R. affirmativè cum P. Gobat, & multis alijs, quia ratione harum cessat ratio suspendendi.

Qu. 2. *An possit permittere Parochianis, ut opera pro Jubilæo obtinendo prescripta intra duas hebdomadas peragant?* R. securiorem quidem, & in praxi omnino consulendam sententiam videri Henriquez negativam, si tamen iusta causa interveniat, omnino id licere, multi Authores apud Dicitur p. 3. tr. 14. ref. 153. & p. 5. tr. 12. ref. 25. affirmant, quia Bullæ verba plerumque hanc interpretationem admittunt videntur, & secundum Epikeiam prudenter credi possunt mentem Pontificis esse, ut Jubilæum etiam in tali casu contineatur.

Qu. 3. *An, si quis in uno loco Ecclesiam visitet, & in alio reliqua opera prescripta peragere velit, possit id Pastor peragere?* R. affirmativè cum Laymanno l. 5. tr. 7. c. 8. quia, cum Jubilæum toti Ecclesiæ sit propositum, non videtur referre, quo in loco ea peragat, modò utrobique Jubilæum sit propositum.

Qu. 4. *An opera aliunde debita pro Indulgentiis obtinendo possit suadere?* R. affirmativè cum eodem Laymanno

l. c. n. 13. & communi aliorum, quia constat ex praxi, si jejunium incidat in unam diem ex ijs, quæ pro jejunio Jubilæi præscriptæ sunt, non propterea aliam diem pro jejunio deputari.

Qu. 5. *An Adolescentibus vigesimum primum annum nondum ingressis debeat commutare ieiunium, si illud sine gravi incommodo obire possint?* R. negativè cum P. Gobat. de Jubil. n. 211. & alijs, cum hîc de favore seu beneficio obtinendo agatur, atque adeò, qui commodum sentire cupit, ipsum etiam onus sentire debeat.

Qu. 6. *An, si quis primâ hebdomade semel, alterâ bis ieiunet, id approbare Pastor queat?* R. non deesse quidem probatos Authores, qui negent, quorum sententia proin ut securior ordinariè practicanda est; si tamen necessitas aut alia iusta causa id exigat, licitè id fieri putant Bonac. Laym. & alij apud Dianam, p. 5. tr. 12. ref. 24. multò faciliùs verò tolerari potest, ut ob similem causam intra eandem hebdomadem præscripti dies mutantur, uti Henriq. Fill. & alij apud P. Gobat l. c. n. 213. docent.

Qu. 7. *An possit audire tempore Jubilæi Parochianos alterius Diœcesis?* R. negativam quidem sententiam à multis teneri apud Dianam p. 1. tr. 11. ref. 7. & p. 5. tr. 12. ref. 52. verùm hunc cum plurimis ab ipso citatis æquè probabiliter affirmativam tueri, cum talem facultatem Pontifex concedat Pœnitentibus, ut cuicumque approbato confiteri possint, atque adeò etiam Pastori, ut eos audire queat.

Qu. 8. *An possit virtute Jubilæi absolvere à Casibus Episcopo reservatis?* R. affirmativè cum Diana, & plurimis ab ipso citatis contra Bonacinam & alios, quia non apparet, cur, cui majus concessum est, scilicet facultas absolvendi à Papalibus casibus, non etiam id, quod minus est, scilicet facultas absolvendi à casibus Episcopalibus concessa videatur.

Qu. 9. *An, si is, quem absolvit à casibus reservatis, negligat lucrari Jubilæum, debeat eum habere pro non absoluto à dictis casibus?* R. posse ipsum sequi communiorem & veriorrem sententiam, quæ negat, talem reincidere in priores casus reservatos, quam Diana p. 3. tr. 4. ref. 145. cum Suar. Vasq. Sanch. & multis alijs docet.

Qu. 10. *An possit aliquem absolvere sub hac conditione, ut*

lucetur Jubilæum? R. negativè cum Diana p. 3. tr. 4. ref. 1. & communi aliorum: quia Confessarius non potest pro iustu suo alias apponere condiciones, quàm quas Pontifex Jubilæum largiens apposuit; ergo, cum istam conditionem Pontifex in Bulla non apposuisse supponatur, neque ipse Confessarius eandem apponere poterit.

Qu. 11. An possit absolvere eum, qui virtute Jubilæi absolutus est, ab ijs reservatis, quorum prius oblitus erat, si non præterierit reliqua opera pro Jubilæo præscripta? R. posse ipsum absolvere talem secundum probabilem Sanchezij l. 8. d. 1. q. 1. & l. 4. c. 4. n. 45. & Dianæ l. c. sententiam; cum enim hoc accepit talis Pœnitens facultatem virtute Jubilæi, ut absolvi possit à reservatis, non apparet sufficiens ratio, cur in prima illa confessione tempore Jubilæi facta, non sit saltem indirectè absolutus ab isto reservato peccato, cuius absolutio est, atque adeò illud tanquam non amplius reservatum a iuris Sacerdoti approbato confiteri queat, ut rectè etiam Laym. l. 5. tr. 7. c. 8. n. 9. discurrit; qui tamen cum Rodriguez rectè contra Henriquez negat, idem etiam de commutatione votorum oblatorum post Jubilæum faciendâ dici potest, ut quòd absolutio virtute Jubilæi facta nullo modo occidat super absolutionem votorum oblatorum, sicut peccatorum.

Qu. 12. An pariter possit absolvere eum, qui post omnia opera pro Jubilæo requisita impleta, infra tempus Jubilæi incidit in novum casum reservatum? R. affirmativè cum Diana p. 3. tr. 4. ref. 153. & alijs, quia virtute Jubilæi acquisivit jus & facultatem ipse Pœnitens, ut possit absolvi ab omnibus peccatis, quæ ante tempus Jubilæi finitum sunt commissa (favorum enim benigna interpretatio faciendâ) ergo etiam ab hoc absolvi poterit, etiam si non faciat iterum reliqua opera præscripta; nam si hæc repereret secundâ hebdomadè, plures concederet ipsum posse absolvi, cum multi putent, aliquem intra tempus Jubilæi toties posse lucrari Jubilæum, quoties præscripta opera peregerit, etsi quoad hoc Laym. l. 5. tr. 4. c. 8. n. 1. cum S. Thoma, & alijs probabiliùs contrarium docere videntur, putentque hanc sententiam suam ab ipsa etiam confessione & praxi Fidelium, quæ est optima privilegiorum interpretatio, approbari.

Qu. 13. An virtute Jubilæi absolvera possit Clerici Pœnitentis

forem, vel alium nominatim excommunicatum? R. etsi Vasquez cum pluribus aliis apud Dian. p. 1. tr. 11. ref. 26. id neget, posse tamen Pastorem tutâ conscientiâ absolvere talem propter ejusdem Dianæ, & Sanchezij l. 6. c. 7. n. 49. aliorumque sententiam. Quorum aliqui, licet sententiam suam limitent, & tantum extendant ad forum interius, si excommunicatione fit non à jure, sed homine facta, non improbabili- ter tamen Medina, Rodriq. & alij apud Dianam in utroque foro & casu validam esse asserunt.

Qu. 14. An virtute Iubilæi possit etiam ab irregularitate, ex delicto proveniente absolvere? R. probabiliter id ipsum posse, cum contra Suarez, & multos alios ita sentiat Salas cum plurimis aliis ab ipso citatis, addatque ex Salonio, hanc sententiam teneri posse, etiamsi in Bulla solùm dicatur, Confessarium posse absolvere à Censuris, non addendo à pœnis Ecclesiasticis, quia, cum ipsa pœna sit delicto annexa, conveniens est, ut, sicut à delicto absolvendi plenissimam accipit facultatem Sacerdos approbatus, ita etiam à pœna inde consequente absolvere possit, sicut id ipsum de excommunicationibus, aliisque Censuris ex peccato ortis conceditur.

Qu. 15. An possit virtute Iubilæi perinde iuramenta promissoria, ac vota commutare? R. non deesse quidem sat multos Authores, qui cum Sanchezio id negent, æquè tamen probabiliter id concedi à Suarezio to. de rel. l. 6. c. 14. n. 19. Basilio, Pontio, & aliis apud Dianam p. 5. tr. 12. ref. 57. eò quòd votum & juramentum pium in Jure apud Doctores æquiparentur, atque adeò dispositum de uno, etiam de altero dispositum censei debeat, uti bene discurrit Laym. l. 4. tr. 3. c. 11. n. 4. qui tamen ob hoc ipsum fundamentum negat iuramenta promissoria in materia excepta pro votis, v. g. Religionis, & Castitatis commutari posse; sed hoc etiam non pauci ab eodem Layman. citati concedunt, existimantes nullum juramentum Pontifici esse reservatum, eò quòd major longè, & diversa sit obligatio Juramenti, quàm Voti, atque adeò in favorabilibus quidem, non autem odiosis inter se æquiparari debeant.

Qu. 16. An commutationem Voti facere possit in minus bonum virtute Iubilæi? R. cum Dian. p. 1. tr. 11. ref. 40. & multis ab eo citatis contra Suar. & alios affirmativè, quia

cum commutatio in votum æquale, aut melius juxta auctores autoritate propria fieri queat, nihil per facultatem commutandi vota amplius dedisset Pontifex, si non in commutare liceret; ob quam rationem Diana p. 1. tr. 12. ref. 39. cum multis Authoribus judicat, nullam causam ad hanc commutationem requiri.

Qu. 17. *An possit commutare vota illius, cuius Confessionem tempore Iubilæi non audivit?* R. affirmative cum Sanch. & multis aliis apud & cum Diana, p. 5. tr. 12. ref. 50. quia ista commutatio sit independens à Jurisdictione Confessionis utpote quæ neque circa peccatum, nec circa effectum ex peccato ortum versatur, unde P. Gobat. de Jubil. n. 301. cum aliis asserit, eam ante Confessionem factam fieri posse.

Qu. 18. *An post Iubilæum finitum possit commutare votum illius, qui tempore Iubilæi commutationem petere non potuit?* Resp. securius quidem acturum, si talem mittat ad Sacramentum, qui facultatem commutandi tale votum extra Iubilæum habet; si tamen id comòdè fieri non queat, possunt id facere ex sententia probabili Sanch. Lessij, Hentij, & aliorum apud & cum Diana p. 2. tr. 6. ref. 9. & p. 1. tr. 12. ref. 40.

Qu. 19. *An illi, qui tempore Iubilæi publicati habuit ignorantiam invincibilem illius, possit suadere, ut intra duas hebdomades notitia acquisita illud lucrari conetur?* R. affirmative cum Diana p. 3. tr. 4. ref. 151. & aliis, quia talis interpretativè justum impedimentum, perinde ac alij v.g. extra Pœnitentiam vagantes, habuisse censendus est.

Qu. 20. *Quibus Regulis se in commutatione votorum dirigere possit?* R. sequentibus. 1. Attendendæ sunt circumstantiæ, non excellentia virtutis in subrogando alio opere hinc votum jejunii ad carnem macerandam rectè in Pœnitentiam, Confessionem, aut Communionem commutatur, minùs bene in simplicem Orationem, aut Eleemosynam. 2. Materia subrogata non debet necessariò proportionari materiæ promissæ, quoad magnitudinem, durationem, numerum, sed sufficit, si sit æqualis obsequij divini, certe non notabiliter minoris; hinc Eleemosyna corporalis in spiritualem, multæ preces in unum Sacrificium commutari possunt. 3. Spectandus finis & fragilitas votantis.

potest commutatio fieri in opera, quæ alioqui solitus est facere; & minor eleëmofyna pro commutatione imponi debet inopi, quam diviti. 4. Ubi major est causa commutandi, levior potest esse commutatio; hinc facilius dispensandum in votis metu ex defectu sufficientis deliberationis factis, quàm si deliberatè facta fuissent. Porro ut videatur in praxi, quomodo opera aut vota in alia commutari queant, proderit aliquot exempla ex Epinomia Parochorum afferre; sic ergo is ait: Votum non committendi aliquod peccatum potest commutari in perpetuam mensuram Confessionem, & recitationem Coronæ semel in mense, per biennium vel triennium: Votum Religionis intrandæ in Confessionem & Communionem mensuram, jejuniium sextæ Feriæ per totam vitam: Votum non nubendi in Confessionem mensuram, per biennium & novem Sacra; Votum jejunandi omnibus Ferijs sextis in Confessionem & Communionem decimo quinto die, & in tria Sacra, aut recitationem Coronæ, & eleëmofynam sextis Ferijs faciendam.

M E M B R U M I V.

De Obligatione Sacramentum Eucharistiæ administrandi.

Qu. 1. *Quid circa hanc obligationem specialiter observare debeat Pastor?* R. sequentia tria.

Honestas asservatio,

Vt semper habeatur.

Zelosa exhortatio,

Vt sepius sumatur.

Fidelis distributio,

Vt lex adimpleatur.

Qu. 2. *Quid circa asservationem observandum sit?* Resp. tria præcipuè. 1. *Locus*: qui debet esse separatus, honorificus, bene clausus, uti Synodalia Decreta Diœcesis Augustanæ cap. 5. p. 2. n. 3. & 7. indicant his verbis: *In qualibet Parochiali Ecclesia sit Tabernaculum seu reservatorium, ut vocant, in loco eminenti, conspicuo, honorifico, mundo, quò etiam minimè humidus videatur; ubi secundum antiquissimam Ecclesia consuetudinem, quam etiam Saculo Nicani Con-*

cilij fuisse constat, Eucharistia pro infirmorum Viatico
vetur. Et quò sciri possit commodius, ubi adoranda Eucha-
ristia asseruetur, qua primum ab ingredientibus honorem pro-
retur, pia pictura & sculptura quadam parata sit, qua
stantes ad pietatis cultum, & Sacramenti huius dulcem mem-
riam, Christi que Domini venerandam presentiam ex-
Tabernaculum autem tale unà cum vasculo decenter paratis
ligenter claudi, & muniri, & claves à Parocho studiose ad-
vari, & nullo modo Aedituo committi mandamus, ne
ad irreverentiam & iniuriam omnem, ne hic accidat, pre-
bendam. 2. Vasculum; de quo ita dicta Synodus n. 5. dicit
sit in Tabernaculo mundum, decens & honestum Vasculum
(alij pyxidem nominant) quo Sacramentum hoc, quòd est
regimentum, & ex hac vita migrantium Viaticum viti-
lulare ad infirmos deferri, illisque inde porrigi possit. In
ipso Vasculo tot Hostia consecrata semper habeantur, quòd
senti agrorum (aut aliorum subinde Communicantium) neces-
sitati probabiliter sufficere videbuntur; ubi Parochis emenda-
iniunctum volumus, ut eiusmodi Hostias semel aut bis mensi-
mensis reverenter in Missa ipsi sumant, vel aliis porrigant in
Communione, alias interim novas in usum infirmorum ad
suum numerum consecrare, & decenti in loco asseruari pre-
rent. 3. Lumen; de quo sic iterum dicta Synodus: In
lumen ante Sacramentum Corporis & Sanguinis Christi, quòd
est lux indeficiens, & candor lucis aeternae, noctes atque dies
lumen pralucere. Quòd ut omnino fiat, omnium locorum
rochos ad eiusmodi luminarium defectus, ubicunque fuerint
rigendos, aut nobis, vel Vicario quamprimum denuntiandos
pena nobis arbitraria obligamus.

Qu. 3. Quin circa exhortationem sis observandum? Res-
sequentia præcipuè procuranda. 1. Ut bene intelligatur
hoc SS. Mysterium, altissimisque de eo sensus & æstimatione
Parochianis concipiatur. Qua de re sic loquitur Augustinus
Synodus p. 2. c. 5. n. 1. Cum Eucharistia sit Sacramentum
Sacramentorum, quo nihil sublimius, aut sanctius, aut
summus habet Ecclesia, graviter nobis & moleste ferendum
sumum hoc Mysterium à seclariis & impuris hominibus
rendum in modum prophanari, & impie passim impugari,
quiterque contemni. Quare non possumus non admonere,

bene Parochis, ut Populo diligenter inculcent, quæ de astruenda huius Sacramenti veritate, transubstantiatione, adoratione, sumptione, & oblatione sancta Synodus Tridentina post clarissima tot Patrum & Doctorum testimonia definitur. 2. Ut fructus quoque ex digna huius Sacramenti perceptione concipi solitus bene intelligatur; de quo sæpe citata Synodus sic loquitur: *Eximius, verèque suavissimus & inexplicabilis est fructus, quem p̄ referunt ex dignè sumpta Eucharistia. Quam ob rem nec raro, nec leviter populus pro Concione monendus erit, ut non semel tantum Paschalis tempore, sed in præcipuis etiam Ecclesia Festis, adeoque si fieri potest, sæpius ad hunc caelestem, divinissimæque panem libenter & reverenter edendum accedat, utque immensum hunc thesaurum caelestium divitiarum, quo primi Christiani quotidie fruebantur, sæpe & avidè sumat, Christo ipso huc invitante.* 3. Ut modus etiam dignè sumendi Eucharistiam bene discatur, & studiosè practicetur: *Qui quidem modus requirit, ut nemo cum conscientia peccati mortalis accedere præsumat, sed antè se probet, & sacra Confessione, si opus sit, expiet: ut ita quis sit jejunus, ut à media nocte nihil omnino aut cibi, aut potus ad stomachum transmiserit; ut corporis habitu & situ ad pietatem composito, & quæ par est, fide, humilitate, modestia, & reverentia ad mensam sacram accedat, capite non abjectè demisso, sed decenter erecto, oculis submissis, ore non hiantè, neque oculo: ut in sacram Hostiam non irruat, sed à Sacerdotis manu, linguâ nonnihil ad labium exterius protensâ, excipiat, dentibus non terat: ut eâ sumptâ aliquid temporis orationi tribuat, neque mox excreet, neque statim ad confabulationes, aut cibum sumendum exeat: ut denique eum diem in rebus divinis ac sacris operibus piè transigat; ita ferè Manuale Parochorum p. 2. l. 2. n. 10. quod præterea alia duo capita suggerit specialiter inculcanda, videlicet ut forminx non veniant comptulæ, & ad vanitatem compositæ, sed velatæ, & in modesto vestitu, multò minùs cervicem aut pectus denudent, ne si Hostia sacra fortè vel particula illius decideret inter illas partes & vestem, minùs honestè iterum tolli queat à Sacerdote: deinde ut communicaturi manus junctas teneant, neque ori, aut illas, aut strophiojum sumptâ Hostiâ ad-*

moveant,

moveant; deprehensi enim sunt, qui Evcharistiam ore
pram ad gravia flagitia extulerint.

Qu. 4. *Quid circa dispensationem huius Sacramenti ob-
servandum sit?* R. 1. *Vt non detur indignis:* Quales sunt im-
pures à nativitate: Pueri & puellæ nondum sufficienter in-
structæ: notorij peccatores, ut Usurarij, Concupinarij, Mes-
trices, Histriones ex professo turpia exhibentes: Excom-
nicati: qui inimicitias deponere, bona injustè ablata re-
stituere, & occasiones proximas, cum facillè possent relinquere,
nolunt. 2. *Vt non negetur dignis:* quales sunt omnes sancti,
qui in priori numero non continentur, si moderatè peccati-
ta S. Leo monet his verbis: *Nulli Christianorum facile Com-
munionem negetur; neque ad indignantis arbitrium Sacerdotum
fiat, ne anima, pro qua Christi Sanguis effusus est, irrogantem
tam sevi supplicij sauciata, & inermis quodammodo, excidat
omni munimine, diabolicis incurfibus, ut facillè capiatur,
obiecta.* 3. *Vt ritu convenienti dispensetur:* eo scilicet, qui
in Rituali Diœcesano præscriptus, vel certè per particu-
larum loci consuetudinem legitime est introductus.
Præcipue autem duo quoad hunc ritum bene observari
monet Synodus Augustana p. 2. c. 5. n. 2. & 16. Primum est,
ut in S. Evcharistia dispensanda servetur, quod in Ecclesia
Catholicis tot jam sæculis mos obtinet, ac Sacris etiam Con-
cilijs Constantiensi & Tridentino comprobatum est; scilicet
ut non modò fideles Laici, verùm etiam Sacerdotes in
sacrificantes, Corpus & Sanguinem Domini, adeoque totum
Christum DEUM & hominem sub una specie Panis sumant.
Qui ritus communicandi tantò diligentius in Ecclesia
servanda est omnibus retinendus, quò certius constat, hoc non
obscuro Symbolo Catholicos à secta hodie plurimum diffe-
rentes, & eos, qui usum Calicis velut rem necessariam ad salutem
tantopere urgent, Ecclesiæ Catholicæ tum desertores, tum
contemptores esse; quos juvat magis de Sacramenti significatione
contendere, quàm Evcharistiæ virtutem & fructum quaerere:
Alterum est, ut, quoniam sæpe accidit, ut simplices populi
etiam hoc ducantur errore, ut ablutionem seu purificationem
nem ex Calice capientes, credant se Domini Sanguinem sumere,
à Parochis vas quoddam honestum distinctæ formæ
tam à Calice, quàm domesticæ figuræ cyatho, & quidem ali-

fieri potest, argenteum ad manum habeatur, unde Communicantibus ablutio, ut vocant, à quocunque Clerico, vel honesto Laico porrigatur, à quo tamen aliqui Carnifices, Lictores, leprâ, cancro, alióque morbo contagioso infectos abstinere debere ajunt; ne alijs periculum, aut saltem horrorem & stomachum moveant.

Qu. 5. *Quid circa Præceptum Paschalis Communionis sit observandum?* R. 1. *Sedula præmonitio*: ita Synodus Augustana l. c. n. 30. monet, dum dicit: *Ergeant quoque, & exhortentur suos Subditos, ut Præcepto de sumenda Communione annua satisfaciant in Parochia, ad quam de iure vel consuetudine pertinent, vel, si alibi ex legitima causa communicaverint, eius rei testimonium fide dignum exigant.* 2. *Sollicita exactio*: ita eadem Synodus his verbis: *Ineatur ratio in singulis Parochiis, ut cognosci certè possit, quinam Præcepto annuae Confessionis & Communionis Paschalis satisfecerint; in ipsa verò inquisitionis praxi, eum quisque tenere poterit, qui in sua Parochia observari consuevit, nisi gravis ratio alium usurpandum suaderet.* 3. *Severa castigatio*: eorum scilicet, qui obligationi suæ hæc in parte non satisfecerint, de qua quidem pœna sic loquitur dicta Augustana Synodus l. c. n. 21. *Cura nostram vel Parochi proprii licentiam, qui Communionem Paschalem ultra Dominicam in Albis distulerit, & admonitus, quod debet præstare, contumaciter recusaverit, is vivus à Communione Fidelium, & ingressu Ecclesia arceatur, & mortuus sepulturâ Christianâ careat, eiusque nomen ad nos, vel Vicarium nostrum deferatur, ut alijs etiam medijs ad obedientiam Ecclesia compellatur; & infra: Tempore Paschali, qui à sua Parochia absuerint, & intra octo dies à redditu impleti Præcepti Ecclesiastici testimonium fide dignum non exhibuerint, pari omnino cum illis, qui domi non communicaverint, conditione censeantur, ut vivis Ecclesia ingressu, mortuisque Ecclesiasticâ sepulturâ interdictum sit.*

Qu. 6. *Quibus industriis uti debeat, ad frequentem Communionis usum inducendum?* R. istis præcipuè. 1. *Promotione cultus Sanctorum*; quia sic excitabuntur ad eorum Festa, per Confessionis & Communionis usum, quem gratissimum Sanctis obsequium esse, mer:ò sibi persuadent, colenda. 2. *Erectione Congregationum*; quia, cum hæc plerumque inter alias

alias Leges etiam hanc habeant, ut certis diebus comunicentur; imò Indulgentiæ quoque copiosæ Communicantibus promittantur, non modicum inde stimulum ad frequentem Communionem addi sibi sentient, Parochiani ejusmodi Congregationibus adscripti. 3. *Promptitudinis sua in audiendo Confessionibus demonstratione*: sæpe enim multi libenter confiterentur, & communicarent, si copiam Confessarij expertam & facilem haberent. Unde valde bene faceret, si parochorum principalium aut ipse sederet etiam non vocatus confessionali, aut alium suo loco substitueret. 4. *Frequentatione commendatione*: quâ scilicet sive in Concione, sive alia utilitates ex tali ritu percipi solitæ demonstrantur, & firmæ persuasiones, per quas à frequenti usu impediri se sinant, efficaciter refutentur.

Dubia moralia.

Qu. 1. *An Pastor teneatur porrigere Parochianis Eucharistiam, quotiescunque eam rationabiliter petunt?* R. affirmativè cum Barbosa de Paroch. c. 20. n. 15. & communis aliorum; quia Pastori impositum est onus pascendi oves sue, quod maximè fit Verbo & Sacramentis; nec par est, ut pavuli petant panem, & non sit, qui frangat illis.

Qu. 2. *An etiam in die Parasceves eam porrigere debeat, quis ex devotione illam petat?* R. negativè cum Barbosa hoc die nullis, nisi infirmis, distribuendam esse S. Eucharistiam, S. rituum Congregatio 19. Febr. 1622. decrevit.

Qu. 3. *An, si quotidie ab aliquo peteretur, illi danda sit à Pastore?* R. affirmativè Joannes Sancius Select. illud idque per plura argumenta & declarationem Cardinalis probat, videturque conformis hæc sententia ipsi etiam Concilio Tridentino Sess. 22. c. 6. quod inter alia sic loquitur: *Optaret S. Synodus, ut in singulis Missis Fideles adstantes non solum spirituali affectu, sed Sacramentali etiam Eucharistia percipiptione communicarent, quò ad eos SS. huius Sacrificii fructus uberior perveniret; rectè tamen aliqui limitant hanc doctrinam, ajuntque Conjugatis carnali commercio infervientes non facillè quotidie Communionem permittendam, illud Abimelech Sacerdotis ad Davidem dictum 1. Reg. 21. Non habeo Laicos panes ad manum, sed tantum panes*

sum, si mundi sunt pueri, maxime à mulieribus: Et juxta monitum Apostoli hortantis, ut Conjuges ad tempus abstineant, ut orationi expediùs vacent, aliisque pijs exercitijs.

Qu. 4. *An deficientibus particulis possit Pastor celebrans de sua Hostia partem dare communicare volenti?* Resp. affirmative cum Fagundez Præc. 1. 1. 3. c. 20. n. 8. & pluribus alijs, quia hoc non obstat integritati Sacrificij, & Sacerdos non tenetur consumere totam quantitatem materiæ à se consecratæ, ut patet in casu, in quo plures Hostias unam pro sumptione, alteram in Sacratio asservendam consecrat.

Qu. 5. *An pueros debeat ad Communionem paschalem peragendam adstringere mox, ubi annos discretionis attigerint?* Resp. non deesse quidem multos, qui id affirmant, sed negativam tamen sententiam Dianæ p. 5. tr. 14. ref. 50. & aliorum ab eo citatorum probabiliorem videri, cum reverentia tanto Sacramento debita requirat majorem diligentiam, quàm quæ statim post annos discretionis obtinetur.

Qu. 6. *An, si Pastor ob chiragram, vel aliud impedimentum non possit anterioribus digitis Hostiam contingere, licitum ei sit posterioribus digitis eam ministrare?* Resp. affirmative cum Toletò, Jordano, & pluribus alijs apud P. Gobat Caf. 2. 1. Alph. communic. quia cum etiam hi digiti consecrati sint, non apparet, cur non & ipsis contingere possit in tali casu Hostiam.

Qu. 7. *An, si Eucharistiam sine lumine & pravia Confessione ministret, mortaliter peccet?* Resp. cum Suar. d. 72. l. 4. & alijs negativè; cum nulla appareat ratio tam gravis obligationis; addit tamen idem Author, saltem venialiter peccaturum, qui extra Sacrificium sine lumine illam distribueret; intra Sacrificium tamen, etsi peculiare lumen pro Communionem accendi soleat, hoc tamen omittit, non continetur se ullam culpam, teste P. Gobat Alph. Sac. n. 167.

Qu. 8. *An possit quemcumque simplicem Sacerdotem suo loco substituere ad Communionem distribuendam?* Resp. affirmative cum Barbosa c. 20. de Paroch. n. 6. quia ad hoc non est necessaria actualis Jurisdictio, sed tantum potentia ad distribuendam Sacram Eucharistiam, quam etiam simplex Sacerdos habet.

M E M-

MEMBRUM V.

De Obligatione Sacramentalia administrandi.

Qu. Quid circa Sacramentalia potissimum observandum sit Pastori? Resp. sequentia præcipue. 1. Clara explicatione qua & ostendatur, quid sint Sacramentalia, & quem inibi instituta, nimirum quòd sint actus externi Religionis ad colendum DEUM, gratiamque ab eo impetrandam ordinantur, quales sunt variæ res benedictæ, variæ preces, præcipue Dominica Oratio, Eleëmofyna, & alij similes virtutum actus qui ad pium motum in utente excitandum, atque ad gratiam ex opere operantis causandam ordinantur, per quæ à Sacramentis distinguuntur, utpote quæ ex opere operantis eandem causant. 2. Crebra commendatio: ut scilicet ostendatur, quos fructus afferat horum Sacramentalium & sincerus usus: quòd scilicet infringant virtutem Danorum, aliorumque malorum Hominum: Quòd variam à Deo benedictionem etiam in temporalibus impetrent: quibus peccata venialia remittant, & ex consequenti gratiæ augmentum etiam à DEO obtineant. 3. Studiosa cautio: ne aut virtus, quàm illis competat, attribuatur, atque adeo inlibilem effectum habere credantur, aut per abusum ad superstitiones aut effectus prophanos non sine gravi irreverentia usurpentur.

MEMBRUM VI.

De Obligatione Prædicandi.

Qu. 1. Quid circa hanc obligationem observare debuit Pastor? R. ea præcipue illi procuranda, quæ sequentibus capitulis continentur.

Exacta præparatio

Pro Rei dignitate.

Apta pronuntiatio

Pro Verbi Maiestate.

Tranquilla resignatio

Pro fructus quantitate.

Qu. 2. Quid in præparatione maxime attendendum? R. Inventio materia, quæ sit solida, practica, & ad Audientiam

tempus, & locum accommodata, ne, dum parvis sublimia, & non profutura prædicat, se magis curet ostendere, quàm Auditoribus prodesse, ut bene notavit S. Gregorius; præcipuè verò curet, ut solida sit, id est, ad perfectionis Christianæ studium Auditoribus persuadendum ordinata, ut jure usurpare possit pia illa Ascetæ verbal. 3. de im. c. 3. *Audi fili mi, verba mea, verba sua vîssima, & omnium Philosophorum ac Sapientium hujus mundi scientiam excedentia, verba mea spiritus & vita sunt.* 2. *Dispositio facilis & ordinata:* ut facilius omnia intelligi, & in memoria retineri valeant; ne alioqui Auditores fiant similes viro consideranti vultum nativitatæ suæ in speculo, abeantque, & statim obliviscantur, quales fuerint, sicut S. Jacobus Ep. c. 1. dixit. 3. *Elocutio gravis & ornata:* ne sectetur Lenocinia Rhetorum, sed veritates Piscatorum, ac potiùs dicere queat cum S. Paulo 1. Cor. 2. *Prædicatio mea non in persuasibilibus humana Sapientia verbis, sed in ostensione spiritus & virtutis consistit.* Quamquam per hoc non prohibeatur, quò minus ornatum etiam facere studeat concionem; modò hic ornatus nihil vanitatis aut levitatis sapiat. Ut autem tria hæc capita tantò diligentius observet, meminerit Verbum DEI cibo spirituali communiter à SS. Patribus comparari, præparationem autem præviam coctionis & condimentorum subire officium, atque adeò tam parùm coctionem sine prævia præparatione Auditoribus gratam ac fructuosam futuram, quàm parùm cibus non bene coctus aut conditus sapere solet, ut rectè dixerit nonnemo: *Qui ascendit Cathedram sine labore, descendit sine honore.*

Qu. 3. *Quid in pronuntiatione præcipuè observandum sit?*

R. 1. *Vi naturalis & sincera sit,* id est, nihil contineat, quod affectationem, aut nimiam ad leges scholasticas coarctationem sapiat. 2. *Vi gravis & modesta sit:* ne scilicet morem imitetur eorum, qui, ut non malè advertit Manuale Parochorum, floridæ ætatis, nondum satis decoctæ, ad ostentationis verò vanitatem incitatæ, cum primum è scholis ad sacra pulpita conscendunt, concionem flosculis Rhetoricis luxuriantem, magna volubilitate, voce gestoria, gestu corporis tornato & histrionico adferunt, egregii scilicet, & vendibiles Oratores, nescientes, quòd Eloquentia sacra sit Matrona nobilis, non Puella nubilis, atque adeò in seriis re-

bus occupari, graviter loqui, modestè vestiri, & incedere
debeat, non nucibus pueriliter ludere, non futilibus
garrere, non fucò adulterare faciem, non molliter incedere
non aures denique & auras procari. 3. *Vi sit generosa & libera*: omnem puerilem timiditatem & respectum excludere
ne quasi ad Magistros & Patres, non ad Filios & Discipulos
verba facere videatur; sed & languor omnis & ignavia
tas studiosè cavenda, quia *sermo DEI*, teste D. Paulo, *Hebr.*
c. 4. vivus est & efficax, & penetrabilior omni gladio

Qu. 4. *Quid circa resignationem potissimum observandum?*
R. sequentia capita bene notanda. 1. *Longanimitas patientia*: quâ patienter expectet fructum in tempore suo, nec
stetut inordinatè, si non statim tantum, quantum cogit
Auditores ex ejus concionibus proficiant; semen est Verbum
DEI, Luc. 8. c. inquit Christus, quod, etsi in terram eorum
nam ceciderit, non tamen affert fructum aliter, quâ
tinentia. 2. *Magnanima demissio*: quâ nihil sibi ex merito
tantum, aut rigasse, DEUM autem incrementum
atque ad eò in ore & mente perpetuò gerat Davidicum
Ps. 115. *Non nobis, Domine, non nobis, sed Nomini tuo*
gloriam. 3. *Seria gratitudo*: quâ se potius à DEO
cicium, dum eo tanquam Dispensatore uti dignatus est, re-
pisse, quàm ipsi gratum officium præstitisse reflectat: unde
adeò humillimas & suo & Auditorum suorum nomina
tias ex animo persolvat, de reliquo in sancta ejus
acquiescens, quidquid circa fructum concionis sapientia
mæ illius Providentiæ disponere placuerit.

Qu. 5. *Quid in praxi concionis observandum?*
R. maximè. 1. *Assumenda vestis sacra*, scilicet Cotta, &
Birretum, ut vel ipse habitus sanctam quandam reverentiam
ipsi & Auditoribus ingeneret, atque ad verbum DEI
ctandum atque excipiendum extimulet. 2. *Petenda benedictio à DEO*, & si adsit, ipso etiam Episcopo, apte qua-
panda illa S. Ecclesiæ Oratio: *Illo nos igne, quia natus est*
ne, Spiritus sanctus inflammet, quem Dominus noster
Christus misit in terram, & voluit vehementer accendi
enim inflammatus quidni & ipse speret, se locutum
gnalia DEI? 3. *Servanda Rituum consuetudo*; ca-

quæ in Rituali Diocesano præscribitur, à qua non facile recedet, quia in omnibus quidem, sed sacris præcipuè actionibus novitates studiosè semper sunt cavendæ, ut quæ plerumque murmurationem potius, quàm ædificationem & fructum pariant; semita trita plerumque optima, & securissima creditur.

Qu. 6. Quibus mediis uti debeat ad solidum fructum ex Consiis repertandum? R. sequentibus præcipuè. 1. Vita exemplari: ita suadente S. Ambrosio, dum ait: *Antè vitam quam doctrina quærenda est; Vita enim bona sine doctrina habet gratiam, doctrina verò sine vita integritatem non habet;* id quod appositâ similitudine S. Bernardus f. 18. in Cant. confirmat dicens: *Si sapias, concham te exhibebis, non canalem; hic siquidem penè simul recipit, & fundit, illa verò, donec impleatur, expectat, & sic quod superabundat, sine suo damno communit.* Itaque Cathedram ascensurus illud S. Hieronymi Ep. 2. ad Nepot. sibi dictum putet: *Non confundant sermones tuos opera tua, ne, cum in Ecclesia loqueris, tacitus quilibet respondeat: cur igitur hæc, quæ dicis, ipse non facit?* 2. Coniunctione cum DEO: de qua breviter & bene dixit S. Augustinus: *Prius, quàm erigas proferentem linguam, ad DEVM leva animam sitientem; Rationes cum DEO penè, voluntatem eius exquire, & ab eo dicendarum rerum consilia cape; bene gesta ad DEVM recurre, gratias ago, coronam appende;* Samuelis ea erat vis dicendi, ut ex omnibus verbis eius nihil caderet in terram; unde putas id contigisse? nimirum noctes, diè que ante arcam Domini precibus vacabat; quid verba, nisi levus habuit? DEVS est, qui facit ventis pondus, cymbalum tinniens eris aures & auras verberans, nisi divina vis audientium cor pulset & moveat; Ita sentiebat Isaias cap. 50. cuius polluta labia Seraphin ad aram ignito calculo tangebant: *Domine, ait, dedit mihi linguam eruditam, ut sciam sustentare eum, qui lapsus est, verbo: erigit manè, manè erigit mihi aurem, ut audiant quasi Magistrum.* 3. Zelo discretò, juxta illud D. Apostoli 2. Tim. 2. *predica Verbum, in ista opportune, inopportune, argue, obsecra, increpa in omni patientia & doctrina, vigila, in omnibus labora, opus fac Evangelista, ministerium tuum imple.* Caveat tamen, ne imprudenter homines magis, quàm vitia carpat: ne publicè privata quotundam

dam peccata castiget: ne nimia exaggeratione, carceri
mi impetu rapiatur, & indiscreta libertate Viros Principes
aut Magistratus coram Populo, alieno loco, & tempore
neret, gravi offensione & scandalo, fructu nullo.

Qu. 7. *Quibus stimulis se incitare debeat Pastor ad prædicanda capita de concionibus studiosè observanda?* R. Incitatur præcipuè. 1. *Summa dignitate huius officii:* quid enim esse potest, quàm Angelicum subire officium, & legem pro DEO fungi, atque hujus sanctissimam voluntatem hominibus explicare? si S. Gabrielem Archangelum ideò præcipuè æni facimus, & felicem puramus, quòd præ aliis Angelis præcipuus sit, ad Decretum DEI de Incarnatione B. V. annuntiatum? si Cherubinos ideò præ aliis Angelis suspicimus, quòd illis præcipuè ex officio incumbit, alios Angelos illuminare, quidni per idem officium Pastori concessum, magis præcipuè dignitatem, felicitatèque obtigisse judicemus, & gaudeamus? 2. *Summa utilitate eiusdem officii:* Quid enim esse potest, quàm id, per quod efficiunt vitam non hanc temporalem, & miseris scatentem, sed eternam & spiritualem omni deliciarum genere affluentem, beatam, & abundantius habeat? atqui hic scopus præcipuus Concionatori, ac olim Christo Jo. 10. præcipuus, & de summam in ipsum quoque Pastorem utilitatem reddendam esse necesse est; cum enim Christus, quæ uni ex ministris facta sibi facta reputet, an non virtute hujus præcipui officii obligabitur ad supradictam vitam gratiæ & gloriæ, præcipuè obtinenda alios tam studiosè Pastor excitavit, & præcipuè quoque abundantius olim communicandam? an non Christus illius, quæ tam multis benedixit, impinguabitur, & quæ inebriat, ipse quoque inebriabitur? 3. *Summa inconvivialitate:* si enim jucundum ad eò hominibus videtur, alios ad temperatum convivium corporale, quod tamen plerumque corporis & animæ cedit perniciem, invitare & excipere præcipuè, quanto jucundius erit, ad convivium spirituale Verbi Dei, & ad jure convivium securæ mentis, quod corporis & animæ salutem tantoperè prodest, tam multos & roboratius excitare posse? si, teste S. Ambrosio, perfectio Discipulorum præcipuum & perfectio Magistri est, quantum gaudium præcipuum Pastor, si majorem profectus spiritualis, atque ad eò

Beatitudinis partem sibi, suisque concionibus deberi adverte-
rit? an non cum summo solatio in hac & altera vita illud
Apostoli Philip. 4. ad eos usurpabit: *Itaque Fratres mei cha-
rissimi, & desideratissimi, gaudium & corona mea, sic stete in
Domino*: aut illud 1. Thes. 4. *Qua est enim nostra spes, aut
gaudium, aut corona gloria? nonne vos ante Dominum nostrum
IESUM Christum estis in adventu eius? vos enim estis gloria &
gaudium nostrum.*

Dubia moralia.

Qu. 1. *An Pastor obligetur sub peccato gravi ad conciones
diebus Fests & Dominicis habendas?* Resp. affirmativè cum
communi, saltem, si diutiùs hoc officium prætermitteret; ut
colligitur manifestè ex Concilio Tridentino Sess. 5. de refor.
c. 5. dum præcipit, ut Pastores, si ab Episcopo moniti trium
mensium spatio, officio suo defuerint, per censuras Eccle-
stias aut alias ad ipsius Episcopi arbitrium cogantur, ita ut
etiam, si expedire ei visum fuerit, ex Beneficiorum fructibus
alteri, qui id præstet, honesta aliqua merces persolvatur, do-
nec principalis ipse respiciens officium suum impleat.

Qu. 2. *An teneatur in propria Persona id officium præstare?*
R. ita quidem sentire Cajetanum, qui putat, eum non satis-
facere suo officio quoad DEUM, si prædicationes suas
alteri committat per totum annum, sicut nec satisfaceret, si
totam suam curam Vicario committeret, nisi per immemo-
rialem consuetudinem excusetur; Verùm contrarium pleri-
que alii docent cum Barbosa de Paroch. c. 14. n. 6. Sess. 24.
de just. c. 4. & colligitur iterum ex Concilio Tridentino sic
loquente: *In aliis autem Ecclesiis prædicationis munus exer-
ceatur per Parochos, si ve iis impeditis per alios ab Episcopis im-
pensis eorum, qui eos præstare tenentur, vel solent, deputandos
in civitate, aut quacunque alia parte Diocesis censebunt expe-
dire.* Imò etsi non impediti sint, posse ipsos alios saltem Re-
gulares privilegium Pontificium habentes constituere, com-
munis consuetudo probat, per quam habetur passim in civi-
tatibus Regulares pro Parochis concionari, licet consultum
videatur, ut saltem aliquoties intra annum in propria Per-
ona concionentur.

Qu. 3. *An debeant etiam diebus non festis, saltem in Ad-
ventu*

ventu & Quadragesima aliquoties per Hebdomadam concionari? *Re.* ita quidem Concilium Tridentinum Sess. c. sacrosanctae, & ipsam etiam praxin in plerisque potioribus civitatibus habere; quia tamen idem Concilium Sess. 5. c. 2. expressè præcipit, ut saltem diebus Dominicis & Festis solennibus ejusmodi conciones habeantur, non videtur velle quod quæque Parochos ad tales conciones extraordinarias obliget præcipuè, si soli sint, & in talibus locis versantes, ubi Populus diebus non festis laboribus occupatus comparere non solet.

Qu. 4. An teneatur publica & occulta peccata in concionibus corrigere, etiam cum suo incommodo, etiamsi non sit in potestate emendationis? *Re.* affirmativè cum Hurtado, Coting. l. 2. & aliis apud Busenbaum, l. 3. tr. 3. c. 2. reso. 3. & ref. 5. eo quod cum Christo pactus sit curam & sollicitudinem Gregis gerere, cujus curæ pars non minima est vitiorum correptio; quæ si ceterè non proficiat ad emendationem, conducet tamen ad hoc, ut se minùs excusare ad DEUM possint, querique, quod de vitiis suis corrigendis non sint moniti.

Qu. 5. An possit Parochianos suos cogere, ut conciones in Parochia audiant? *Re.* posse quidem ipsum id facere, si præcisè c. 2. de Paroch. spectentur; quia tamen his per privilegia Regularium & consuetudinem contrariam derogatum est, ideo posse Parochianos in aliis etiam Ecclesiis audire conciones, modò Pastorem suum non contumaciter contempnant.

Qu. 6. An peccet graviter, si in peccato gravi concionator habeat? *Re.* etsi Suarez 3. p. d. 16. l. 3. putet, eum peccare graviter, si in peccato gravi publicè concionetur; alioquin tamen plerumque peccatum tale non agnoscere, si scandalum absit, eò quòd non videatur actio tam sancta, ut cum talis obligatione statum gratiæ exigere possit.

M E M B R U M VII.

De Obligatione dirigendi, & instituendi Confraternitates.

Qu. 1. Quid circa Confraternitates præcipuè observandum sit Pastor? *Re.* ea, quæ sequentes versus indicant.

Suavis institutio,
Vt multum frequententur.
Solemnis approbatio,
Vt minus impugnentur.
Legitima directio,
Vt diu conserventur.

Qu. 2. *Quid ad suavitatem Institutionis pertineat?* R. 1. Ut ad finem aliquem valde consolatorium dirigantur ejusmodi Confraternitates, qualis finis est v.g. Patrocinium speciale B. Virginis, aut alterius Sancti, auxilium mutuum in morte, aut post mortem: misericordia erga pauperes, vel captivos præstita: averfio gravis alicujus mali, ut belli, pestilentia. 2. Ut non multiplicentur nimium, sed opera detur, ut una vel altera principalis instituta, vel suscepta, in suo vigore permaneat, ejusque leges accuratè serventur; alioqui enim & hæc suo modo locum habebit illud Isaia cap. 9. *effatum: Multiplicasti gentem (& Confraternitates) & non magnificasti latitiam, & fructum inde speratum; si tamen interdum duæ Confraternitates diversas habent leges, & non difficiles, poterunt simul institui, arripique, uti sunt Congregatio Rosarii, & alia pro Agonizantium vel Defunctorum subsidio instituta.* 3. Ut neque leges instituendæ Confraternitatis multiplicentur, sed paucæ, faciles, & tamen solidæ, id est, ad propositum Sodalitii finem, plurimum conducentes præferantur, ut suo modo etiam talis Confraternitas dicere queat eum Christo, Matth. 11. *Tollite jugum meum super vos; jugum enim meum suave est, & onus meum leve.*

Qu. 3. *Quid circa approbationem observandum?* R. 1. Ut Titulus, Scopus, & Leges talis Confraternitatis accuratè descriptæ Ordinario vel alteri, à quo approbatio petitur, mittantur. 2. Ut per libellum supplicem ea approbatio petatur ab Ordinario loci, in quo erigenda est Confraternitas, & litteræ authenticæ ad hunc finem procurentur. 3. Ut, si commodè fieri possit, etiam ab Apostolica Sede confirmatio suppliciter petatur, unà cum Indulgentiis quibusdam, per quas Sodales ad accuratiorem legum suarum observationem excitentur.

Qu. 4. *Quid circa directionem observandum?* R. 1. Ut ipsa promul-

promulgatio cum insigni aliqua solemnitate, puta Officio solemnium, Concione, Processione, aut etiam Actiuncula brevis instituat, nominâque Sodalium in libro aut tabella annotentur, aliisque liber habeatur, in quo nomina Magistrorum & alia, quæ, velut magis notabilia Posterorum memoranda consecranda videbuntur, studiosè perscribantur. 2. exercitia in legibus præscripta suo tempore & modo cum magna diligentia & fervore peragantur; & si quod impedimentum intervenerit, de eo Sodales maturè moneantur. Ut Transgressores Legum primò suaviter moneantur: deinde discretè puniantur: & tandem, si hæc nihil proficiant, omnino à corpore Sodalitatis, velut purrida & noxia membra abscindantur.

Qu. 5. *Quare eiusmodi Confraternitates instituendæ, & conservandæ sint?* R. ob tres causas. 1. *Ob emolumentum*, quod percipitur ex Patrocinio illorum Sanctorum, sub quorum tutela talis Confraternitas erecta est. 2. *Ob auxilium*, quod cuivis Sodali contingit ex frequentia adhortationibus, usu Sacramentorum, precibus pro se invicem ante & post mortem persolvendis. 3. *Ob incitamentum*, quod accipiunt Sodales ex mutuis exemplis & correptionibus sive verbis, opere factis, vel datis; quæ quidem tria commoda, quæ alii qui fastus deducunt, & ad numerum centenarium extendunt, merito sufficere possunt, ut ejusmodi Fraternitates magis confirmantur, accuratè instituantur, & studiosè conserventur.

Dubia moralia.

Qu. 1. *An illos, qui ex Sodalitate exclusi sunt, censeri debeat participes Privilegiorum, & Indulgentiarum eiusdem Congregationis?* R. affirmativam quidem tenere sententiam Navarrum apud P. Gobat in Thef. p. 2. num. 637. sed verius hunc negativam amplecti; itaque etiam alios ab ipso consilio respondisse, & meritò, si enim nemo Religiosum ex Ordine ejectum, vel spontè discedentem dicere audeat participem bonorum operum & privilegiorum illi Ordini concessorum, nulla sanè apparet ratio, cur non idem etiam pariter de ejecto aut spontè discedente à Congregatione dicendum sit.

Qu. 2. *Cum sæpe Congregationes aliqua sub divisione Regularium constituta gaudeant bonorum operum participatione,*

quid propriè per eiusmodi participationem obtinere censendi sint? R. et si Navar. Cordub. Henriq. Rodriq. & alii apud Layman. l. 5. tit. 7. c. 4. n. 5. & 6. putent, per eam applicari directè & immediatè satisfactiones subditorum, rectius tamen ipsum docere, quòd fructus ex tali participatione per modum impetrationis tantum illis obveniat, quatenus scilicet velut membra ejusdem Ordinis sunt participes illarum precum, quæ vel generaliter pro Religione & membris illius, vel specialiter pro Personis suæ Congregationi conjunctis à Regularibus Ordinis offeruntur; vel etiam quatenus opera bona eorundem Regulariù valent apud Deum de congruo impetrare, ut illorum intuitu propitius sit, & speciali auxilio protegat illos, qui membra sunt hujus Religionis; etenim amicitia ratio postulare videtur, ut DEUS propter Amicos suos etiam aliis benefaciat, qui illis amicitia conjuncti sunt.

M E M B R V M V I I I.

De Obligatione Conversandi.

Qu. 1. Quid circa conversationem præcipuè observandum sit? R. 1. Ut magni æstimetur à Pastore, & inter media potissima salutis alienæ procurandæ reputetur. 2. Ut modo convenienti instituat; est enim hæc ars non difficilis minus, quàm utilis, atque adeò non nisi longo usu perfectè ad discitur. 3. Ut suo tempore & loco instituat; nec enim leves ex horum etiam neglectu errores in conversando committi possunt, uti experièntiâ compertum est.

Qu. 2. Quare conversatio hæc magnificienda sit? R. ob sequentes causas. 1. Quia per illam *suaviùs* procuratur salus proximi, ob familiarem scilicet agendi modum. 2. Quia eadem salus etiam *efficaciùs* promovetur propter occasionem eligendi materiam loquendi accommodatam & gratam illi, cum quo agitur, eamque per frequentiore repetitionem magis inculcandi. 3. Quia *faciliùs* quoque procuratur; tum quia facilior est accessus; tum quia liberiùs, & sine rubore privatim loqui licet. Unde rectè Manuale Parochorum p. 3. c. 5. ait, hanc conversationem esse caput totius ferè vitæ Pastoralis; ex conversatione enim spiritus quasi vitales in partes omnes officii dimanant, siquidem vita exemplaris, & utilis

utilis Sacramentorum administratio, & Concionum, Concilio
cheleos, reliquarumque functionum Parochialium restitutio,
stitutio, in conversando ferè consistunt, ut ad eò merito
stor illud S. Hieronymi sibi applicare debeat: *In te omnia
Oculi diriguntur, domus tua & conversatio quasi in
constituta, Magistra est publica disciplina.*

Qu. 3. *Quis modus in conversatione adhibendus sit?* Respon-
cum, quem sequentes versiculi indicant, adhibendum.

Sancta conversatio,

Vt Pastor asstimeris.

Æqualis sit dilectio,

Vt mutuo amaris.

Sit mitis allocutio,

Vt plurimos lucreris.

Et primò quidem *sancta* sit oportet, id est, non nisi de rebus
ad salutem animæ conducentibus instituta, ut vel ex ipso
ce oves, id est, subditi cognoscant, eum esse verum Pastorem
nihil nisi salutem ovium suarum quærentem; sic enim non
exiguam apud illos auctoritatem obtinebit. Deinde *amara*
lis, id est, cum sincero & spirituali amore conjuncta esse de-
bet conversatio, quâ benevolentiam sibi Parochianorum
conciliet: vix enim explicari potest, quantum efficaciter
omnibus Pastoris actionibus tribuat sincera dilectio, id quod
breviter & præclare S. Augustinus de laud. charit. innotuit
dicens: *Breve tibi præceptum præcipitur. Dilige, & fac, quod
vis; sive taceas, dilectione taceas: sive clames, dilectione cla-
mes: sive emendes, dilectione emendes: sive parcas, dilectione
parcas: radix sit intus dilectionis, non potest de ista radice
bonum existere.* Probatum autem hic amor potissimum est
hibitione beneficiorum & officiorum juxta illud S. Gregorius
*Probatio charitatis exhibitio est operis: Quod si bene facere
non possit, curet, ut saltem propensam in eo ad beneficium
dum voluntatem videant.* 2. Præ reliquis tamen curandum
dum, ut *æqualis* sit erga omnes dilectio, sicque cum S. Paulus
omnibus omnia fiat, ut omnes lucrifaciat; nullus debet
deri vilis, qui divini sanguinis pretio constitit. Pastor est
tius Gregis; etiam agnelli, etiam ovicula scabiosa, infirma
etiam errantes ad ipsum pertinent. Pastor Evangelicus res
His nonaginta novem ovibus perditam unam requirit.

Medici nusquam magis conversantur, quàm cum aëgris: Christus idem supremus Pastor, & Medicus, venerat pro ovis, quæ perierant, & cum Peccatoribus non conversabatur modò, sed & familiariter convivebat. 3. Tandem *mitis* quoque sit conversatio, id est, omnem animi ferociam, verborum acrimoniam, corporis motus effrenes excludens, hoc enim ubi effecerit Pastor, jam Dominus factus est cordium, & quidvis ab illis impetrabit. Hinc S. David spiritum mansuetudinis, spiritum principalem vocabat, ut innueret, eum illorum, qui alios regunt, ferè proprium esse; ita certè Moyses inter homines mitissimus ad cervicosum & difficilem Israël Populum regendum præ aliis electus, facilè eum inflectebat bonitate, quâ sanctus erat, & quâ verbis monstra ipsa placabat. Nec frustra Christus Apostolis velut futuris olim Pastoribus tam sollicitè mansuetudinem suam imitandam proposuit, ut invenirent requiem animabus, id est, Parochianis suis.

Qu. 4. *Quomodo tempus in conversatione sit observandum?*

R. 1. *Ut rariò* instituatür conversatio, quando necessitas aut charitas aliud non requirit; ex hac enim raritate triplex fructus enascitur, scilicet ut satietas minùs pariat fastidium, & faciliùs apra materia pro colloquio inveniatur, & defectus Pastoris minùs prodantur, & ex consequenti autoritas & veneratio magis conversetur. 2. *Ut breviter* peragatur: nam & ex hac brevitate triplex, isque non levis fructus reportabitur, scilicet, ut & peccatum, quod teste Salomone, in multiloquio non deest, faciliùs vitetur: & animus, qui, si per amorem incaluerit, picis instar tenaciter materiæ adhæret, nulli per affectum inordinatum agglutinetur: & ut tempus copiosius habeat ad orationem, aliàsque muneris sui functiones peragendas. 3. *Ut opportunè* instituatür, tum scilicet, quando & obedientia non obstat, & ij, cum quibus agendum est, neque negotiis necessariis impediti, nec affectionibus vehementer æstuentes parùm gratam habituri conversationem creduntur; ut enim immaturus fructus palato obrusus plùs cruciat, quàm sapit; & lignum humoribus infectum difficulter, nec sine gravi fumo accenditur, ita parvus quoque fructus, multa verò incommoda ex immatura & importuna conversatione plerumque sequuntur.

Qu. 5.

Qu. 5. Quo compendio dictas doctrinas sibi in memoria revocare possit? R. ignis præcipuè proprietates imitanda hoc enim Christus Luc. 12. indicare voluit, dum dicitur: *Ignem veni mittere in terram, & quid volo, nisi ut accendatur?* ob eandem etiam causam Spiritum Sanctum in specie ignis misit. Itaque 1. Sicut ignis, dum agit in objectum, semper sursum tendit; ita Pastor, dum functiones suas peragunt, mentem tum per bonam intentionem, tum per pias affectiones in cælum elevatam habere studeat. 2. Sicut ignis, dum alios calefacit, de proprio calore nihil amittit; ita ipse sedulo caveat, ne, dum aliorum salutem curat, suam negligat. 3. Sicut ignis omnes in æquali peripheria potos sine Personarum discrimine calefacit; ita & ipse pauperum æquè ac divitum, ignobilium æquè ac nobilium sollicitudinem cordi habeat. 4. Sicut ignis calorem suum juxta proportionem distantia, vel dispositionis communicat; ita & ipse charitatem suam iis, qui vel ob necessitatem, vel aliam causam magis eam exigunt, liberaliter impendat, ut omnibus omnia factus omnes lucrifaciat. 5. Sicut ignis per calorem omnia operatur; ita & ipse, quicquid agit, peccatorem agere studeat. 6. Sicut ignis non cessat agere, donec vel defectu materia, vel per violentiam adversa qualitas destruat; ita & ipse tamdiu salutem suarum ovium procurare non desinat, quamdiu altior potestas, & vis DEI Superiorum, aut mortis ipsius ipsum non cohibet, materiaque subtrahit.

M E M B R U M IX.

De Obligatione Residendi.

Qu. 1. Quid de Residentia præcipuè observare Pastor debet? R. ea, quæ sequentibus Versiculis continentur.

Noscenda obligatio

Ad ritè residendum.

Aptanda habitatio

Ad munus exequendum.

Cavenda excursatio

Ad damnum præcavendum.

Qu. 2. Quid de obligatione residendi sciendum? R. sequentia præcipuè. 1. Quòd non tantùm Ecclesiastico, sed etiam

Divino Jure teneatur personaliter residere, uti apertè colligitur ex Concilio Tridentino, & vel ipsa obligatio curæ Pastoralis satis indicat, quæ profectò sufficienter impleri non potest, nisi Pastor gregi suo invigilet, & assistat. 2. Quòd singulis annis per tempus bimestre, sive continuum, sive interruptum à sua Ecclesia abesse possit, modò id fiat ex justa causa, & absque gregis detrimento. 3. Quòd ad modicum tempus v. g. per unum aut duos dies etiam sine licentia abesse possit, quia parùm pro nihilo reputatur; imò, si necessitas occurrat, quæ dilationem non patitur, ita ut ob distantiam loci pro facultate impetranda Episcopum loci adire non possit, licitum sit ei etiam ultra bimestre abesse, modò in hoc casu quàm primùm Ordinarium de discessu suo & occurrente necessitate certiore faciat, itaque suis ovibus provideat, ut ex ejus absentia notabile damnum non incurrant.

Qu. 3. *Quid circa locum Residentiæ sit observandum?* R. 1. Quòd teneatur Pastor in ædibus Parochialibus habitare: aut, si domum talem non habeat, aliam conducere, quæ sit intra limites Parochiæ, vel saltem in vicinia Ecclesiæ Parochialis, ut inde commodè per se ipsum inservire possit. 2. Quòd, si duas habeat Ecclesias perpetuò & æquè principaliter sibi invicem unitas, & per omnia æquales, possit residere, in qua maluerit: alioqui verò in digniore; aut, si de dignitate majore non constet, in frequentiore. Quòd si verò Populus dividatur, & una pars extra, altera intra civitatem habitet, in tali casu intra civitatem residere debet. 3. Quòd, si quis ex dispensatione obtineat Ecclesiam Parochialem cum dignitate, vel Canonicatu, teneatur residere in Ecclesia Parochiali, quia prima & præcipua cura debet esse animarum, & tunc omnes redditus dignitatis & Canonicatus percipere possit, præter distributiones quotidianas; imò & has, si redditus omnes ex distributionibus constent.

Qu. 4. *Quæ sint causa excusantes à Residentia?* R. sequentes quinque. 1. *Christiana charitas*, ut si quis ad gravia damna alicubi avertenda v. g. inimicitias graves conciliandas absit, modò ex tali absentia non sequatur notabile detrimentum commissarum ovium; hoc enim esset contra ordinem charitatis, imò & justitiæ, ex qua Curatus obligatus est, suis potius, quàm alienis ovibus subvenire. 2. *Vr-*

gens

gens necessitas: Qualis est vel gravis infirmitas Parochi, qui in loco Parochia: curari non potest; vel hostilis incurfus; vel inimicitia gravis, ob quam tutò habitare non potest in Parochia. 3. *Obedientia*: ut, si ex mandato Papæ, vel Legati aut Episcopi mittatur ad certa negotia conficienda, aut causam sat multi Authores etiam sufficientem esse putant, a Parocho ab Episcopo Visitatoris, vel Vicarii Generalis, vel Fiscalis officium deferatur, quidquid alii in contrarium dicant; cum enim Jure antiquo potuerit Parochus ex jure gravi causa etiam ad longum tempus abesse à sua Ecclesia non est recedendum ab hoc jure, nisi per novum jus contrarium & expressum sit illi derogatum, quod in præfenti non constat fuisse factum. 4. *Evidens Ecclesia vel Republica utilitas*: si ad Synodum generalem vel Provinciale vel Diocesanam legitime est vocatus, vel ad prosequendam litem super juribus Ecclesia: aliò proficisci debeat. 5. *Studiorum causa*: sive discendo, sive docendo, cum hoc tamen discrimine, ut si discendi causâ ab sit, non possit ultra septennium; & si in Universitate aliqua operam det Theologia: vel Juri Canonico, non ultra quinquennium, & quidem cum licentia Ordinarii abesse queat: si verò docendi causâ abesse quamdiu voluerit, etiam sine licentia Ordinarii abesse potest.

Qu. 5. *Quæ poena Pastori non residenti sint decreta?* R. Jure novo Concilii Tridentini Sess. 23. c. 1. tres poenarum decerni. 1. Quòd fructus Beneficii suos non faciat atque adeò ante sententiam declaratoriam debeat eos Ecclesia: vel Pauperibus loci restituere. 2. Quòd, si intra sex menses abfuerit, ipso jure privetur quarta partem annuum unius anni: & si per alios sex menses in hujusmodi sententia perseveraverit, aliam quartam partem eo ipso amittat. 3. Quòd, si post edictum peremptorium vel vis Ecclesia: affixum, terminumque competentem ad redeundum paratum, contumax fuerit, ipsa etiam Parochia privari potest.

Dubia moralia.

Qu. 1. *An Pastor teneatur ad Residentiam, si nimis tenuis redditus habeat, aut valde exiguus sit animarum numerus?* R. affirmative cum Barbosa c. 8. de Paroch. n. 4. & alii communiter, quia, cum in tali casu verè adhuc retineat Pastoralis officium

officium, meritò etiam satisfacere debet obligationibus, quæ indispensabiliter illud consequuntur, qualis meritò etiam obligatio residendi censetur.

Qu. 2. *An satisfaciat sua obligationi, si præsens quidem sit in Parochia, sed omnia per suos Capellanos exercent?* R. negativè cum Cajetano, Soto, Possevino, & aliis apud Barbolam l. c. n. 41. colligiturque ex variis ipsius etiam Juris Canonici capitulis, nempe c. Relatum. 4. de Cleric. non resid. cap. extirpandæ 30. de Præbend. & ratio est, quia, cum Pastor pro animabus sibi commissis rationem reddere teneatur, ipsemet etiã experiri debet, qualiter in via salutis instructæ sint, atque adeò aliquoties saltem per annum debet ipsis Sacramenta & curam per se ipsum ministrare, maximè si ipsum nominatim petant Parochiani; certè Possevinus de off. Cur. c. 1. n. 10. à gravi veniali peccato non excusat eum, qui, si nominatim petatur, nolit ire, cum debeat Parochianorum suorum amoris, comitati & benevolentia respondere.

Qu. 3. *An saltem ad restitutionem fructuum teneatur, si totam Curam per Cooperatores exercent?* R. etsi affirmativa sententia menti ac rationi legis conformior videatur, cum fructus non nisi propter administrationem concedantur, administrare autem non censetur, qui solum residet sine effectu; negativam tamen sententiam etiam probabilem esse, quam Garcias de benef. p. 2. c. 2. n. 59. & alii docent, nitentes eo fundamento, quòd nihil de hac restitutione in jure cautum sit, pœnales verò leges non extendendæ sint ad casus alios, quàm in jure expressos. Saltem dimidiam partem fructuum etiam aliqui contrariae sententia Auctores libenter concedunt, eò quòd residentia personalis etiam præcisè ab administratione magnam utilitatem adferat Parochianis, dum in quacunque necessitate recursum ad Parochum habent, & Capellani per ipsius præsentiam stimulantur ad curam cum majori diligentia exercendam.

Qu. 4. *An, si Pastor velit iuxta facultatem à Concilio concessam per bimestre abesse, nihilominus licentiam ab Episcopo petere debeat?* R. affirmativam sententiam hodie communius à DD. doceri, utpote conformiorem verbis Concilii dicentis: *ita tamen, ut quodocunque eos causâ per Episcopum cognita & probata abesse contigerit &c.* negativam tamen pro-

probabiliter etiam à probatis Authoribus apud Barb. de off. Epif. c. 8. n. 54. Az. p. 2. l. 7. c. 4. p. 10. defendi, tum quia jure antiquo id licebat, quod à novo jure correctum esse, et presè non constat: tum quia Concilium exigens, ut residendi licentia ultra bimestre scripto obtineatur, solum licentiam Episcopi in hoc casu exigere videtur: tum quia Episcoporum residentia arctius obligat, & tamen his concedenda licentia absque ulteriori petitione licentiæ ab alio Superiore Consultissimum est, ut in praxi Pastor consuetudinem & libertata suæ Diocesis sequatur; hoc tamen apud plerosque tum est, ad licentiam hanc dandam non requiri gravem causam, sed sufficere quamvis justam, veluti recreationis, visitationis Amicorum &c.

Qu. 5. *An tacita, vel solum petita, & non obtenta licentia sufficiat?* R. ex communi negativè, itaque declaravit etiam Congregatio Concilii apud Garciam de benef. p. c. 2. n. 35. & 37. rectè tamen Authores notant, si Episcopus Pastori ex justa causa licentiam petenti denegat, posse recurrere, & appellare ad Superiorem Episcopi, ita tamen interea pendente appellatione non possit abesse, etiam Vicarium constituere velit, eò quòd non habeat licentiam jure requisitam.

Qu. 6. *An, si per paucos dies v. g. sex aut septem absit, sit sibi Vicarium substituere sine approbatione Episcopi?* R. affirmativè cum Barbosa de Paroch. c. 8. n. 52. & aliis, quia ita hactenus universalis consuetudo declaravit: imò potest suo loco etiam vicinum Curatum substituere, nisi specialiter tuto Diocesano id sit prohibitum: quia, licet talis substitutus super gregem suam non habeat Ordinariam jurisdictionem, est tamen approbatus & habilis, ut ei aliqua jurisdictione delegari possit.

Qu. 7. *An causa grassantis pestis Pastorem excuset à residentia?* R. negativè, itaque decisum ad instantiam S. Cong. Borromæi esse, ait Barbosa, ut adeò in tali casu non faciat officio, etsi alios Ministros idoneos substitueret, quia tam calamitoso statu Parochiani ex præsentia Pastoris magnam consolationem habent; ut qui melius cognoscunt statum subditorum, & circa alias necessitates repentinas succurrere possit, quàm Vicarius de novo substitutus.

tamen non obstante, non videtur Pastor eò usque obligari, ut etiam per se ipsum Sacramenta tempore pestis administra- re cogatur; non enim videtur mens Concilii fuisse, ut Paro- chus, qui Parochiæ suæ tam utilis est, cogatur sine necessita- te gravissimum vitæ periculum subire.

Qu. 8. *An, si Ecclesia habeat propriam domum Parochia- lem, Pastor eâ relicta possit in paterna vel Cognatorum domo intra fines Parochia existente habitare?* R. affirmative cum Possentino de offic. Curat. c. 1. n. 7. quia, cum supponatur ex paterna domo prospicere sufficienter posse Parochianorum suorum necessitatibus, non apparet ratio, cur ei propter majus commodum, aut aliam similem causam talis habitatio concedi non possit.

M E M B R U M X.

De iis, quæ erga Magistratum observare debet.

Qu. 1. *Quid erga Magistratum observare debeat Pastor?* R. sequentia præcipuè. 1. Ut non immisceat se in rebus, quæ ad politicam administrationem pertinent; nihil enim perinde animos avertit, quàm si suis quisque limitibus non contentus alienos invadat. 2. Ut omnem illi reverentiam & honorem tam verbis, quàm factis exhibeat, suòque exem- plo etiam subditos suos incitet ad similem reverentiam exhibendam; sic enim efficiet, ut ipse quoque Magistratus ipsum vicissim revereatur, ejusque auctoritatem apud subditos defendat. 3. Ut studiosè caveat ab omni tam privata, quàm publica coram subditis murmuratione, aut correctione Ma- gistratus; hoc enim modo magis exulcerantur animi, quàm emendantur. Quòd si gravem errorem à Magistratu com- mittere, aut subditos graviter premi advertat, tum aut ipse il- lum privatim cum suavitate & discretionem moneat; aut si mi- nus fructuosam fore admonitionem timet, ad Ordinarium rem deferat, & quid in tali casu faciendum sit, ab eo ex- spectet.

M E M B R U M XI.

De iis, quæ erga Communitatem observanda.

Qu. *Quid circa Communitatem observare Pastor debeat?*
R. tria potissimum illi procuranda, quæ in corpore humano, Instruct. IV. M cujus

cujus similitudinem refert Communitas, observari videtur juxta triplicem videlicet ordinem, quo membra inter se comparari possunt. 1. Itaque curet, ut Caput seu Magistrus erga Subditos tanquam membra ritè se gerat, atque adeo ut caput liberaliter reliquorum membrorum necessitatibus succurrat (dum & cibum ac potum assumit, & ad illa committit, & præterea etiam alia media, quibus eorum infirmitatem conservet, excogitat, & procurat) infirmitatibus compatitur, & cum illis in lecto se collocat, & tandem aliquid membris imperare vult, modo suavisimo, & pleneque præcundo id facit; ita & Magistratus hæc ipsa ratio erga subditos observare studeat. 2. Ut subditi erga Magistratum perinde se gerant, sicut membra erga caput, adeo promptè obediant; honorem præminentie & dignitatis libenter concedant, imò ipsi deferant; Superiores pro viribus defendant, sicut manus aut tergum ad suscipienda pro capite vulnera se ultrò exponunt. 3. Ut iidem subditi inter se, sicut membra ejusdem corporis se gerant, adeo compatiantur sibi mutuo in infirmitatibus; congaudentur sibi de bonis: & sese invicem in oneribus permutantur sublevent, sicut in corpore modò pes, modò latus, modò tergum aut alia pars totum pondus reliquorum membrorum sustinet. Quorum quidem omnium capitum executiones quanto perfectius suâ industriâ Pastor obtinebit, tanto persistentius suo erga Communitatem munere perfunctus videbitur.

M E M B R U M XII.

De iis, quæ erga Infantes observanda sunt.

Qu. 1. *Quid circa Infantes observare Pastor debeat?* Hæc tria præcipue, quæ sequentibus versiculis memorantur, nonnemo complexus est.

Matrum tollat malitiam;

Vt rectè generentur.

Omnem gerat industriam,

Vt verè baptizentur.

Gravem fuget socordiam,

Vt sanctè educantur.

Qu. 2. *Quomodo rectam generationem promovere possit?*

debeat? *Re.* tribus modis. 1. Si eas Mulieres, quæ ut fieri frequenter solet, metu multiplicandæ prolis, aut ex alio illegitimò motivo debitum vel omnino non reddunt, vel certe non debito modo, sicque generationem impediunt, efficacibus argumentis ad officium faciendum persuadere studeat. 2. Si tam privatim, quam publicè gravitatem peccati, quod per procurationem abortûs committitur, explicet, aptisque rationibus & exemplis illas abstertere studeat. 3. Si diligenter indaget, an matres prægnantes curam infantiam, quos in utero adhuc gerunt, convenientem suscipiant, & siquam vel laboribus vel aliis exercitiis immoderatis se, partumque suum periculo exponere advertat, seriò admoncat, & castiget; è contrario verò salutaria remedia præscribat, quæ ad felicem partum obtinendum præ cæteris conducere videntur; qualia sunt B. Virginis Christum sine dolore parientis, & S. Ignatii Lojolæ (ut qui infantum horum, quorum curam per suos socios gerere non potest, salutem procurandam sibi quodammodo in cælis reservavit) feria & constans invocatio ac veneratio.

Qu. 3. *Quomodo verum Baptismum procurare debeat?* *Re.* tribus pariter modis. 1. Si frequenter suis Parochianis necessitatem hujus Sacramenti, utpote sine quo in re vel voto suscepto nemo salutem obtinere potest, incultet, atque adeò seriò hortetur, ne ullam in hoc Sacramento procurando negligentiam, aut moram culpabilem committant. 2. Si, quoniam frequenter contingere solet, ut infans in periculo mortis constitutus, ab Obstetrice aut alia quavis laica Persona baptizati debeat, diligenter pro Concione suos circa essentiam & modum hujus Sacramenti administrandi instruat: Speciatim verò moneat, ut formam propter erroris periculum vernaculâ potiùs, quàm latinâ linguâ proferant; ut simul eam proferant, cum aquam corpori affundunt, neque unus pronuntiet, alius abluat: ut, si Aquam Benedictam habere possint, eâ ante alias utantur: ut, si infans necdum sit utero egressus, caput abluant, aut pedem saltem, manumve & si ampliùs non possunt, saltem instrumento aut quavis arte aquam infanti adhuc in utero incluso applicent, ita tamen, ut postea, quid & quomodo circa illum Baptismum fecerint, Parochio referant. 3. Si singularem Obstetricum curam ge-

rat, & efficiat, ut Catholicæ sint (nam hæreticæ mibi
necessariis curant) & bonæ vitæ ac famæ (ne maleficia
superstitionibus Infantibus noceant, atque adeò à vero ba-
ptismo impediunt) in arte sua & omnibus, quæ ad bap-
tismum ritè conferendum necessaria sunt, bene instructæ.

Qu. 4. *Quid ipse Pastor circa baptismum admittendum
observare debeat?* R. sequentia præcipuè. 1. Ut, quantum
modum Card. Paleottus p. 3. instru. de Bapt. rectè
bene perpendat, à se per hoc Sacramentum, æternæ
januam, illi, quem baptizat, referari, proindeque cavere,
quã aliis aperit, sibi ipsi ob peccatorum sordes occludat.
cùm à DEO electus sit, ut sanctissimi illius Lavacri
minister, ita candidissimæ ipsius puritati respondere
deat iis virtutibus, quæ in Sacerdote ad tam sanctum munus
exercendum vocato requiruntur. 2. Ut omnes Cæremonias
in Rituali Diocæsano præscriptas accuratè observet, & cum
debita reverentia ac devotione peragat, atque, ut etiam
præsentes id faciant, allaboret, quem in finem procedent
terdum has Cæremonias publicè in concione explicat. 3.
Ut specialem Patrinorum curam habeat, atque adeò im-
pensis Parentes moneat, ut eos potius Patrinos eligant, qui
ipsorum infantium saluti consulere, quàm qui inopar
nire possint. Deinde ipsos Patrinos moneat, tum commu-
cum Baptizato, & ejus Parentibus cognationis spiri-
tum obligationis ad eum in rebus Fidei necessariis intrin-
dum, si per alios commodiùs id non præstetur. Caveren-
tem, ne, dum nomen Baptizati proferre jubentur, aut dem-
nimis, aut Ethnica, aut etiam plura quàm duo (nisi Patres
illustres sint) imponi velint; Tam hæc verò, quàm
Parentum, ac Patrinorum nomen, cum anno, mense, die
accuratè mox in libro ad hoc deputato juxta modum in Ri-
tuali præscriptum, vel ab Antecessoribus usurpatum de-
scribat.

Qu. 5. *Quid circa educationem Infantis observare debeat?*
R. hæc speciatim efficienda. 1. Ut Puerperæ post abolu-
tum puerperii tempus in primo statim egressu ad Ecclesi-
procedant, cum ipso etiam, si fieri potest, Infante, sepe
DEO clementissimo gratas ac devotas demonstrant, ac ben-
nedictionem solitam à Pastore petant, accipiântque.

Infantem, quantum fieri potest, ad multa incommoda & pericula evitanda, ipsæmet Puerperæ lactent, talisque eligant Nutrices, de quibus iusta spes concipi queat, quod Infantem in pietate & iustitia Christiana ita sint instructuræ, ut cum materno lacte ipsam etiam pietatem suxisse credantur. 3. Ut diligenter suo tempore moneantur Parentes, ne Infantem in eodem secum lecto collocent, & sic manifesto oppressionis periculo exponant.

Dubia moralia.

Qu. 1. An possit baptizare Pastor Infantem, qui solam manum aut pedem exporrigit? R. affirmativè cum Suarez tom. 3. in 3. p. q. 68. a. 11. Coninch, Pont. & aliis, quia per talem abluitionem verè ablutus dicitur, sicut nemo negat vulneratum dici, qui in pede vel manu vulneratur. Unde Lugo resp. moral. l. 1. dub. 1. admittit, etiam tunc baptizatum dici posse, si in solis capillis tingeretur; est tamen talis infans, si periculum evadat, iterum postea sub conditione baptizandus.

Qu. 2. An in casu necessitatis possit Infantem adhuc secundine inclusum baptizare? R. affirmativè cum Vasq. Præp. Granad. Hurt. & aliis apud Dianam p. 5. tr. 3. ref. 4. & 12. imò Marchantius tr. 2. c. 1. q. 1. cas. 2. hoc etiam ad umbilicum, per quem Infans à Matre alimentum sugit, extendit; Certè Infantem adhuc in utero Matris existentem, si per artem aquâ contingi possit, licitè baptizari, idem Diana p. 2. tr. 15. ref. 43. cum aliis docet.

Qu. 3. An, si dubitatur, num baptizandus sit homo vel bestia, Baptismus conferendus sit? R. Layman l. 5. tr. 2. c. 6. n. 13. affirmativè, si caput & pectus formam humanam præferant; si verò caput ferinum, reliqua verò omnia membra humana existant, tum Comitulus quidem ibidem citatus putat adhuc baptizandum esse, eò quod cor sit principale membrum hominis, sed rectè Laym. cum Navarro dicit, æquè probabile esse, quod caput sit Sedes principalis humanarum operationum, atque adeò in tali casu nonnihil expectandum esse, donec certius cognoscatur, sitne homo, vel non, nisi periculum vitæ adsit, in tali enim casu sub conditione baptizari deberet.

Qu. 4. An, si propter duo capita & unum pectus, vel è con-

trā dubitetur, an sit unus, vel duo homines, duplex Baptismus conferendus sit? R. idem Layman l. c. si operationes contrariæ deprehendantur, duplicem Baptismum conferendum esse; si verò dubium, vel periculum in mora sit, vel dubium resolvi non queat, tunc unum ex duplicatis modis absolutè, alterum sub conditione baptizandum est. Rectè tamen monet nonnemo, in ejusmodi portencolis casibus consultius esse, Episcopi & Medicorum consiliis quirere, si tempus patiatur.

Qu. 5. An, si Infans in foribus Templi cum scheda scriptæ Baptismi teste reperiatur, eum sub conditione rebaptizari liceat? R. etsi communior sententia ferè neget, id licitè posse, tamen tutà conscientia Pastorem baptizare talem infantem, eò quòd talis scheda non sufficiat ad legitimam fidem de Baptismo validè factò faciendam, Rituale Romanum autem absolutè dicat infantes expositos & inventos sub conditione baptizandos esse, si re diligenter investigati eorum Baptismo non constet; ita sentiunt Quintana, March. & plures apud Dian. p. 10. tr. 16. ref. 87.

Qu. 6. An consultum sit Infantes ab Obstetricibus baptizatos iterum baptizare? R. cum passim jam consuetudo invigat, & teste Busenb. l. 6. tr. 2. c. 1. d. 4. etiam à Patribus Romano sit approbata, rectius videri facere Pastorem, si pueri Infantes rebaptizet, eò quòd experientia doceat, Obstetrices plerumque in tali casu valde perplexas, alias omnino malitiosas & veneficas esse, ut adeò meritò prudens dicitur concipi possit de Baptismi valore.

Qu. 7. An, si periculum sit, Infantem propter Baptismum citius moriturum, eum baptizare liceat? R. affirmative est communi apud Vasquez, quia hoc modo non directè occiditur; & ex hoc casu pendet salus æterna Infantis, quæ vitam temporali præferenda est; imò ob hanc ipsam causam Lessius, Sotus, Panorm. Leander. Bonac. & alii apud Dian. p. 10. tr. 16. ref. 20. concedunt, si Infans, dum ad Baptismum portatur, animam ageret, nec aliud medium superelset, quod ut in lacunam vel fluvium cum prolatione verborum perceretur, posse hoc licitè fieri.

Qu. 8. An possit tempore pestis sola aspersione baptizari, si sit contagionis contrahenda periculum? R. affirmative est.

Zambrano de Bapt. c. 1. d. 15. n. 5. & 7. modò certius sit, quòd talem puerum aqua contingat; cum in casu necessitatis juxta communem sententiam licitum sit plures ejusmodi aspersione baptizare.

Qu. 9. *An, si particularem errorem circa Personam commisit, putans esse masculum, eum fuerit fœmella, debeat repetere Baptismum?* R. negativè cum Layman l. 5. tr. 1. c. 4. n. 6. & aliis, modò servet intentionem Ecclesiæ, vel Christi institutoris, quia practicè intentio dirigitur ad præsentem hominem baptizandum, si capax est, cui intentioni non obstat speculativus error circa illam Personam.

Qu. 10. *An, si probabiliter ex signis colligatur, Puerum infidelem ad rationis usum pervenisse, in vitis Parentibus baptizare queat?* R. affirmativè cum Laym. l. 5. tr. 2. c. 6. n. 10. quia homo ratione præditus in iis, quæ ad animæ salutem pertinent, sui arbitrii esse debet.

Qu. 11. *An Hæreticorum filios liceat in vitis Parentibus baptizare?* R. affirmativè cum eodem Laym. l. c. n. 11. quia Hæretici Ecclesiæ jurisdictioni subjecti sunt, à qua proinde sine injuria compelluntur, ut Parvulos suos ad Catholicorum Baptismum deferant, & in Fide ac Religione instruant; sin verò id facere recusent, Infantes ab eorum cura abstrahi & baptizari jure possunt.

Qu. 12. *An Hæreticorum liberos baptizare licitè possit, si restituenti sunt Parentibus cum perversionis periculo?* R. negativam quidem sententiam Suar. d. 25. f. 5. & alios tenere, eò quòd communis sententiã doceat, ob periculum simile infidelium filios baptizari non posse; verùm contrariam præxin à viris doctis & piis rectius observatam esse testatur Layman l. c. n. 11. eò quòd Hæretici non soleant Christi nomen detestari, neque Liberos Dæmonibus devovere, ut Pagani; & præterea certior spes affulgeat, quòd tales Liberi Catholice baptizati aliquando veram fidem sint amplexuri, aut certe ob invincibilem ignorantiam etiam in sua Hæresi materiali salvandi.

Qu. 13. *An, quando penitus ignoratur, an aliquis sit baptizatus, absolusè potius, quàm sub conditione conferri Baptismus debeat?* R. ita quidem sentire Vasquetium apud Dicast. d. 1. n. 170. sed rectius hunc cum Diana & aliis docere, quòd

sub conditione sic conferendus, quia sic neque periculum
invalidi Baptismi conferendi, neque ejusdem iterum ad-
ministrandi.

Qu. 14. *An, si unicus tantum testis habeatur de Baptismo collato, debeat Baptismus sub conditione repeti?* R. negativè cum Ferdin. de Castro, Suar. Vasq. & communi aliorum colligiturque ex ipso Jure Canonico, in quo dicitur, Pa-
tulos, qui à Parentibus abstracti sunt, & an baptizati sint, igno-
ratur, baptizari debere secundum Patrum consuetudinem, si
non fuerit, qui testificetur.

Qu. 15. *An, si Baptismus semel solemniter administratus postea reperiatur nullus fuisse, Cereemonia iterum sine repeti-
da?* R. ita quidem antiquiores quosdam Theologos videtur
uti apud Tan. tom. 4. qu. 2. n. 116. & q. 3. n. 125. videtur
sed contrarium à plerisque Recentioribus doceri, eo quod
nempe, quem Ecclesia per Cereemonias intendit, jam per
earum administrationem magna ex parte sit obreptus.

Qu. 16. *An, si quis ab Hæreticis in infantia baptizatus ad
nostram Fidem transeat, Cereemonia postea repeti debeat?* R.
Laym. defacto talem apud Catholicos consuetudinem non
esse; fortassis ne rudis Populus existimare posset, nos Hære-
ticorum Baptisma cum debita forma collatum ut invalidum
improbare; alioqui autem, si sine scandalo fieri queat, non
esse à consuetudine universalis Ecclesiæ alienum, ut iterum
reperantur Cereemoniæ.

Qu. 17. *An in privato Baptismo Patrinus adhiberi debeat?*
R. negativè cum communi sententia, teste Laym. l. 5. c. 9. n. 5. eo quod in tali casu necessitatis Parentes ferè non
possint eligere idoneos ad munus patrini, atque adeo credi-
bile non sit, Ecclesiam illis talem obligationem imponere
voluisse.

Qu. 18. *An Hæreticus pro Patrino admitti queat?* R. neg-
iterum Laym. l. c. n. 7. ex communi Doctorum sensu neg-
ativè, quia non sunt idonei ad instituendum Baptizatum
tamen gravis causa aut necessitas id postulet, id facile per-
mitti posse, hancque praxin defacto in Germania superioribus
Viris doctis & piis practicatum esse.

Qu. 19. *An, si duo Coniuges simul prolem suscipere voluerint,
debeat id admittere Pastor?* R. negativè cum Laym. l. c. n. 1.
& con-

& constat ex causa 30. q. 4. cap. ult. ubi dicitur, ut puritas spiritualis paternitatis ab omni labe conservetur immunitatis, dignum esse decernimus, ut utrique simul in hoc adspirare minimè præsumant; quamvis id consuetudine cohonestari posse Sanchez asserat; imò absolutè hodie illicitum non esse Navarrus & Vivaldus apud Laym. l. c. num. 3. citati doceant.

Qu. 20. An, si Parentes non designent Patrimonos, ad Pastorem spectet ea designatio? R. affirmativè cum Possentino de off. Cur. c. 6. n. 33. & Bonacina, quod præcipuè locum habet, si Infantem expositum baptizare debet.

MEMBRUM XIII.

De iis, quæ erga Juventutem observanda sunt.

Qu. 1. Quid circa Juventutem observare debeat Pastor? R. tria præcipuè sequentibus versiculis comprehensa.

Hanc tempestivè admone,

Vt citò confirmetur.

Parentum curam acue,

Vt piè educetur.

Omnem conatum adhibe,

Vt rectè informetur.

Qu. 2. Quid circa Confirmationem observare debeat? R. tria præcipuè curanda. Primò, ut maturè suscipiatur hoc Sacramentum, neque facilè ultra septennium differatur, præcipuè in illis locis, quæ hæretica lue sunt infecta, cum hoc Sacramentum sit perfectio quædam, & velut complementum characteris Baptismalis, ut Fidem, quam Christiani accipiunt per Baptismum, generosè & fortiter retinere possint tempore tentationum aut persecutionum. Quare Decreta Synodi Augustanæ p. 1. c. 4. sic excitant ad hoc officium Pastores; Rectè iam olim est constitutum, & à nostris quoque Parochis volumus observari, ut ipsorum admonitione permoti Parentes, & alij, qui curam Baptizatorum gerunt, eosdem Episcopo confirmandos offerant, neque sinant horum animas tum præsentibus & salutari Spiritus Sancti medicinâ fraudari; alioqui, qui in ea re negligentè egerint, si ve Parochi, si ve Parentes, pœnis Canonicis subiacent. Curent iterum Parochi, de Sacra-

M 5 menti

menti huius institutione, prestantia, fructu saepe docere, quibus septem dona Spiritus Sancti, quae in hoc Sacramento conferuntur, & accipiuntur, ex professo tractent. Secundo, ut devotè & dignè suscipiatur, quae de re sic monent citata Decretal. c. n. 2. 3. & 6. Admonendi Patrini praesertim rudiores, magis, & qui confirmandi accedent, ut norint, & cogitent, cum Sacramento Confirmationis esse semper in pretio habitum, magnòque consensu SS. Patrum comprobatum; imò etiam à ipsis Apostolis traditum, ea propter huc magnà religione, compositis manibus, ac sine tumultu, clamorèque, honestè & paratos accedere oportere, ut mentes eorum excellentibus donis Spiritus S. plenius imbuantur, & in gratia spirituali crescant, quaevis adversa corroborentur. Ad Episcopum accedentes primi erunt, flexis coram eo genibus, mente verò ad calumnia, religiose accipiant hoc Sacramentum. Deinde, qui faciunt alij, indecora festinatione evitata, ordine quodam & servatà modestià subsequantur. Qui adulti ad Confirmationem veniunt, Sacramentali confessione suas primùm Conscientias purgent, gravibus autem sceleribus contaminati, & in penitentia, vel sententià excommunicationis ligati, nisi antea penitentiam agant, & ritè absolvantur, ab hoc Sacramento proijci possunt arcendi. Quò verò hanc devotionem magis excitet, parabitur materiam & formam bene illis explicare, quod quidem Rituale Diocæsanum Salisburgense præclare præstat sequentibus verbis: Confirmatio sic definiiri potest: Est novè legis Sacramentum, quo homo baptizatus ex institutione Christi per Chrismatis in fronte Unctionem, sub præscripta verborum forma ab Episcopo factam, spiritualis gratia augmentum & robur accipit. Materia huius Sacramenti est Chrisma, quod ex oleo & Balsamo, solemniter Episcopi consecratione conficitur, atque id non omni, & quovis tempore, sed statò sacro solemnique die Cœnæ Domini; oleum, quod pingue est, & naturâ suâ diffluit, gratiæ plenitudinem capit, quæ per Spiritum S. à Christo capite in alios redundat, atque effunditur; Balsamum verò, cujus odoratus jucundissimus est, & præterea eam vim habet, ut, quidquid eo circumlitum fuerit, putrescere non sinat, significat suavissimam virtutum, quæ in hoc Sacramento conferuntur, quibus Fidelis à peccatorum sordibus præservati, & ab omni scelere

congratione defenſi, calorem bonæ vitæ cum proximorum ædificatione diffundunt; & quoniam Dominus hanc Confirmationis materiam uſu ipſo & tractatione non ſacravit, quemadmodum aquam, cum ipſe baptizatus eſt, ſacraſſimi Corporis ſui contactu ſanctificâſſe perhibetur, ideo neceſſarium eſt, ut ſanctis & religioſis precationibus conſecretur; neque ad alium ea conſectio, niſi ad Episcopum pertinere poteſt, qui ejuſdem Sacramenta ordinarius Miniſter inſtitutus eſt. Forma ſunt hæc verba ab Episcopo, dum Baptizati fronte inungit, prolata; N. ſigno te ſigno Crucis, & confirmo te Chriſmate ſalutis, In Nomine Patris, & Filii, & Spiritûs Sancti, Amen. Tria proinde ſunt in hoc Sacramento, quæ continentur in forma prædicta: Quorum primum eſt, Cauſa principalis conferens plenitudinem roboris ſpiritualis, quæ eſt S. Trinitas, & exprimitur, cum dicitur: In Nomine Patris &c. Secundum eſt ipſum robur ſpirituale, quod per S. Unctionem Fidelibus ad ſalutem tribuitur & tangitur; cum dicitur: Confirmo te Chriſmate ſalutis. Tertium eſt ſignum, quod pugnatore datur, ſicut & in pugna corporali milites Ducum inſigniis inſignuntur, & quantum ad hoc dicitur; Signo te ſigno Crucis, in quo ſcilicet Rex noſter triumphavit. Imprimitur autem hoc ſignum Crucis ideo in fronte, ut inſtruat Chriſtianus homo, ſe neque verecundiâ, quæ in fronte maximè elucet, neque metu, neque periculo alio perterreretur unquam debere, quin palàm & liberè Chriſtum JESUM iguominioſè pro peccatis noſtris crucifixum, & omnè ejus doctrinam conſiteatur. Præter Characterem indelebiter in anima confirmati impreſſum, eſt etiam hujus Sacramenti effectus augmentum & perfectio vitæ ſpiritualis; in Confirmatione enim perficitur & augetur gratia, quæ in Baptiſmate collata eſt, adeò ut quis timore & pudore depoſito gaudeat etiam pro nomine JESU contumeliam pati. Exemplum illuſtre nobis eſſe poſſunt ſancti Apoſtoli, qui antea quidem imbelles, timidique clauſis ædibus ſe continebant, ſed, ubi poſtea die ſacro Pentecoſtes Spiritum Sanctum acceperunt, facti ſunt viri fortes, conſantiſſimi, atque ad omne certamen & pugnam pro Fidei confeſſione & propagatione expeditiſſimi, ita ut ſumma Virtutis Apoſtolicæ contentione, univerſum orbem terrarum, brevi etiam repugnantibus impo-

portu-

portunissimis hostibus Evangelii luce collustrant. Tertiò, ut ritè suscipiatur, id est, debitis Cæremoniis religiose observatis, quæ quidem tres sunt potissimum, nempe Patrus (qui adhibetur, ut sciat Christianus, se Spiritus Sancti gratiæ perfectionem ita assecutum esse, ut sibi tamen non tantum fidat, sed aliorum, qui vel ætate, vel disciplina potestiores sunt, monita, consiliaque libenter audiat, atque amplectatur) exceptio alapæ ab Episcopo data (ut sciat bonus Christianus, se tanquam fortem Athletam in militia Christiana constitutum, paratum esse oportere ad omnia adversus invicto animo pro Christi nomine perferenda, cujus facies velata & alapis cæsa fuit) pacis acceptio ab eodem Episcopo (quæ datur, ut intelligat confirmatus se gratiæ Cælestis plenitudinem & pacem, quæ exuperat omnem sensum, contentum esse, pacemque per Victoriã, & Victoriã per prælium obtineri; Ex parte verò Patrini requiritur, ut nomen illius quem præsentat, tempestivè indicet, manumque dexteram super humerum dexterum, dum confirmatur, teneat. Deinde ut accepto Sacramento frontem confirmati fasciã mundi, ob reverentiam sacri Chrismatis liget, eãque in tertium diem retentã, ab eodem Patrino (nisi Religiosus aliquis aut Sacerdos, quod consultius est, id faciat) solvatur, in aquam tingatur, iterumque exprimatur, & sic per eam frons pura formam in Rituali Diocesano præscriptam abluatur dicendo scilicet: *In Nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti, Amen. DEVS Cælestis Pastor te mundet ab omni immunditia mentis & corporis, ut accipere merearis vitam aternam; quã lotionem peractã, Pastor, si ipse abluit, moneat Confirmatum, ut memor gratiæ cælestis in hoc Sacramento acceptæ, ne recuam esse sinat, sed fortiter pugnet, & peccati, Mundi, & Diaboli tentationibus viriliter resistat, aqua verò ad ablationem usurpata, cinerisque ex fasciã combusta relicti, vel in Cæmeterium, vel supra ossa mortuorum, vel ceretè in profluentem projiciantur.*

Qu. 3. *Quid circa educationem observare debeat?* Res. In sequentia. 1. Ut maturè ad orationem, Sacramentorum usum, nec non Præceptorum Divinorum & Ecclesiasticorum accuratam observationem assuefiant, ideòque monendi Patres & Ludimagistri, ut eos orationem manè & vesperi, ante de-

post mensam, & ad publicum signum Salutationis Angelicæ diligenter peragere jubeant; ut diebus festis ad Officia Divina & Vesperas mittant, vel ducant: ut suis temporibus ad S. Confessionis & Communionis Sacramenta religiosè sumenda hortentur, & impellant, eúmque in finem meminerint saluberrimæ sententiæ à S. Augustino prolata: *Pectè novit vivere, qui rectè novit orare.* 2. Ut omnes peccandi occasiones efficaciter ipsis subtrahantur, quales præcipuè sunt otium, mala societas, libertas evagandi extra domum, domesticorum perversa exempla. 3. Ut errores, & peccata ab ipsis commissa prudenti & efficaci correctione castigentur, ne, dum per impunitatem radices agere sinuntur, roborentur, & cum ingenti Reipublicæ detrimento pessimos suo tempore fructus proferant, nec tamen ob nimis firmiter radicatam stirpem excindi facillè queant.

Qu. 4. *Quid circa instructionem observare Pastor debeat?* R. triplicem potissimùm instructionem procurandam. 1. *In rebus ad Fidem pertinentibus*, quod fieri debet partim per Catechismum publicum, partim per privatum in Scholis, & Parentum domibus. 2. *In artibus & scientiis*, quas per vitam exercere debent: id, quod in Scholis & officinis Opificum præstari debet. 3. *In morum urbanitate*, quantum scilicet cuius statui, generi, aut conditioni, aut etiam naturæ convenit.

Qu. 5. *Quid circa scholam observare debeat?* R. triplicem selectum faciendum. 1. *Selectum Magistrorum*, ut scilicet tales eligantur, qui & in arte, quam docere volunt, insigniter sint versati, & morum insigni bonitate præditi, & modo solido, facilique docendi sufficienter instructi. 2. *Selectum Discipulorum*, ut ad lectionem quidem & scriptionem addiscendam omnes quidem Pueri & Puellæ, quantum fieri potest, propter summam utrisque hujus artis utilitatem & necessitatem promoveantur, ad latinam verò linguam non nisi qui apti videntur, ad eam perfectè suo tempore cum aliis sublimioribus scientiis addiscendam admittantur, illi verò, qui ob nimis teneram ætatem, molestiam potiùs aliis creaturi, quam utilitatem ex schola relaturi creduntur, tamdiu excludantur, donec ob augmentum ætatis & judicii apti videantur. 3. *Selectum mediorum*, qualia quidem ex parte Magistra-

gistratus & Pastoris sunt, frequens scholarum inspectio & inquisitio de modo & fructu, quod docetur: liberatio Magistrorum ab aliis oneribus, & liberalis privilegiorum vel salarii oblatio: Discipulorum magis diligentium vel peritiorum ex publico ærario, vel aliunde facta præmiatio: et parte scholarum, constitutio & observatio bonarum legum, ordo accuratus in docendo, ne, dum pluribus intenti obsequuntur, minor sit ad singula sensus: constans exercitatio, nihil ferè est utilius ad optatum in litteris fructum faciendum: disciplinæ & silentii studiosa procuratio, sine qua nullus profectus sperari potest: moderata correctio negligentium aut immorigerorum, quæ, uti ab ipso Spiritu Sancto jam olim dictata, ita tantò quoque studiosius est arripienda, quantò major ex ea fructus sperari potest, si ritè instituantur.

Qu. 6. *Quid circa Catechismum observare debeat?* R. quæ sequentis strophæ versiculis indicantur.

Hunc magni semper æstima,

Vt par est æstimari.

Crebrò tuis deprædica,

Vt par est commendari.

Summa cum cura explica,

Vt par est observari.

Qu. 7. *Quare Catechismus hic tum à Pastore, tum à Sociis magnificendus sit?* R. ob triplex potissimum motivum. 1. *Ob exemplum Christi, & Zelosissimorum quorundam Apostolorum*, qui summa semper alacritate & fervore hoc officium obierunt, ita, ut S. Ignatius Soc. JESU Fundator ordinis omnium Professi (qui sunt primaria prædictæ Societatis membra) specialem facerent promissionem de cura specialiori horum habenda, utque tam ipsi, quam Rectores primà vice hoc officium suscipientes exercerent. 2. *Ob summam utilitatem*, quæ tum in triumphantem & militantem Ecclesiam, tum in ipsum Pastorem, & parvulos instruendo redundat; cum enim solida instructio in justitia Christiana sit fundamentum Christianæ perfectionis, ab hac verò gloria DEI & Sanctorum augmentum & decus Ecclesiæ, salus denique Reipublicæ, & cujusvis Animæ particularis dependeat, facile apparet, quanta utilitas ex hoc munere ritè obito speranda sit, quamquam amplum expectare præmium possit Pastor, si dictum

utilitatem cum legitimo zelo atque intentione procurare studeat. 3. Ob summam obligationem Pastoris & aliorum, quibus cura Iuventutis commissa est; cum enim ipsi ex una parte rationem pro ovibus severissimam sint reddituri; ex altera verò parte, ut ostensum est, ovium salus majori ex parte ab hac instructione pendeat, facile apparet, quàm graviter sint obligati ad munus hoc fructuosè obeundum aut procurandam.

Qu. 8. Quomodo fructuosè Catechismus doceri possit? R. omnem diligentiam esse adhibendam, ut cum magna prudentia, majori cum humilitate, & maximo Zelo seu charitate doceatur: Et ad Prudentiam quidem tria spectant. Primò, ut finis semper ab oculis ponatur, atque adeò convenientia media ad eundem adhibeantur, qualia sunt *apta materia*, quæ in eo consistit, ut non nisi ea plerumque, quæ magis necessaria, captivèque facilia sunt, proponantur, adeoque de Consiliis Evangelicis, Beatitudinibus, Fructibus Spiritus Sancti, & similibus materiis non nisi breviter & compendiosè aliquid propter Auditores, qui fortè præsentés sunt, dicatur. Deinde *apta propositio*, quæ in eo sita est, ut simplicissimo modo, atque adeò per quæstiunculas potissimum, sine proluxa probatione ex S. Scriptura, SS. Patribus petita proponatur præfixa materia, & quidem summâ, qua fieri poterit, claritate. Tandem *apta receptio*, quæ in eo consistit, ut parvuli magnam de catecheticis doctrinis æstimationem acquirant, idèoque magna cum alacritate accedant, nec minori cum attentione propositas doctrinas excipiant: ut eadem doctrinæ frequentius tam intra, quàm extra Catechismum repetantur, eumque in finem varix industriæ (quales à cooperatione Parentum, Domesticorum, Ludimagistrorum, aut adultorum Puerorum, Puellarumque petuntur) adhibeantur, & ut ea, quæ in Catechismo dixit, in breve compendium redacta repetantur, vel etiam scripto offerantur. Secundò ad prudentiam spectat, ut omnia impedimenta, quæ fructum ex Catechismo speratum impedire possunt, efficaciter removeantur, qualia sunt negligentia Parentum aut Ludimagistrorum in Liberis ad Catechismum mittendis, vel ducendis, vel ipsorum etiam adolescentum in eo adeundo: exiguum desiderium & æstimatio de Catechismo, & inde

exortus

exortus languor ad propositas doctrinas admittendas, proinde convenientibus rationibus, præmio laudis, & munusculis excitandus est: inquietudo, circumspexio, garrulitas & similia, quæ attentionem impedire possunt, adeò reprehensione moderata, pœnitentiis discretis, & castigatione in scholis facta, removenda sunt. Tertiò, ad presentiam spectat, ut non plus exigat, quàm à tenera adolescentia exigi potest, quod est nuda ferè doctrinarum apprehensio & memoria: ut non multa nimis una vice proponat, sed potiùs eadem frequentius repetat, & inculcet: ut non ordinatè tristetur, & angatur, si operatum fructum ex labore se non reportare advertat, cum tales doctrinæ similes in terram jacto similes, quæ primùm suo tempore fructum speratum afferunt. Ad *Humilitatem* pertinet. 1. Ut hoc officium licèt in speciem vile & abjectum amore virtutis promptè suscipiat, & alacriter atque constanter agat. 2. Ut gravitate Sacerdotali deposita quodammodo simplicem & humilem agendi modum assumat. 3. Ut suisque viribus penitus diffidens, omnem fructum à DEO, cujus Minister est, expectet, gratòque & humili animo adscribat. Ad *Charitatem seu Zelum* spectat 1. Ut magnum cum desiderio profectus spiritualis hoc munus obeat, neque labori & industriæ parcat, ut operatum ex tam utilitate fructum referat. 2. Ut magna cum suavitate & celeritate singulas hujus officii partes implere studeat, nam ut S. Augustinus sapienter advertit, *multo gratius audimus, quàm quod nos eodem opere delectamur; unde autem petenda sit humilitas, ut ad horam adsit, eius est misericordia, qui ipsa precipit.* 3. Ut magna cum Patientia & mansuetudine infantilitatem Parvulorum supportet, & molestias in hoc munere obeundo occurrentes exantlet, in memoriam revocans, quanta perfectione has ipsas & decuplo graviore difficultates non semel duntaxat aut bis in hebdomade, sed quoties Matres, quibus cedere in amore non debet, sustineant & operentur.

Dubia moralia.

De Confirmatione.

Qu. 1. An, si prudenter timere possit, ne deinceps occurrat

facilis futura sit suscipiendi hoc Sacramentum, debeat Parochus monere suos Parochianos, ut etiam Infantes septennium ætatis nondum ingressos pro Confirmatione Episcopo offerant? R. affirmativè Laym. l. 5. tr. 3. c. 5. n. 2. atque hoc multò magis concedendum ait, si manifestum sit, ante hanc ætatem tales infantes rationis usum obtinuisse, aut in periculo mortis interea, dum alia occasio se offerat, obeundæ existere; aut consuetudo Diœcesis vigeat, ut ante rationis usum confirmentur; neque opus est, ut habeant memoriam acceptæ Confirmationis plùs, quàm Baptismi, sed sufficit, quòd, cum adoleverint, ex relatione Patrinorum, aut aliorum sciant, se confirmatos esse, ad cavendam iterationem Sacramenti.

Qu. 2. An, ut amentes ad Confirmationem adducantur, hortari debeat? R. affirmativè cum eodem Laym. l. c. n. 3. præcipuè si perpetuò amentes sint, aut in amentiam inciderint (modò non constet, eos peccato mortali obnoxios fuisse, quando inciderunt, nec brevè ad se redituri credantur) quia ejusmodi personæ cum spiritali fructu & absque irreverentia tale Sacramentum sumere possunt. Rectè tamen faciet Pastor, si suæ Diœcesis consuetudinem inquirat, & sequatur.

Qu. 3. An, si Patrinus Baptismi etiam ad Patrinum pro Confirmatione se offerat, id permitti debeat? R. ordinariè quidem id fieri non debere; si tamen ex causa fiat, non esse peccatum, cum Patrinos hos diversos esse non debere, defacto doceant plures Auctores apud Busenbaum l. 6. tr. 2. c. 2. d. 3.

MEMBRUM XIV.

De ijs, quæ erga Famulos & Ancillas observanda sunt.

Qu. Quid erga Famulos & Ancillas observare debeat Pastor? R. ea præcipuè illis suadenda, quæ sequens stropha indicat.

Ut servent in officijs

Mentis tranquillitatem.

Ut præstent in servitijs

Magnam fidelitatem.

Instructio IV.

N

Ut

Ut colant in imperijs

Herorum potestatem.

Pro primo proderit illud Ecclesiastici c. 22. consilium sequi: *Confide in DEO, & mane in loco tuo, facile est enim in manu DEI subitò honestare pauperem.* Pro secundo non parum juvabit insignis S. Pauli Eph. 6. ad servos exhortatio: *Servi obedite Dominis carnalibus cum timore & tremore in simplicitate cordis vestri, sicut Christo, non ad oculum servientes, quasi hominibus placentes, sed ut servi Christi facientes voluntatem DEI ex animo, cum bona voluntate servientes, sicut Domino, & non hominibus, scientes, quòd unusquisque, quodcumque operaverit bonum, hoc recipiet à Domino, sive servus, sive liber.* Pro tertio denique servient ejusdem iterum Sancti rebus exhortationes, præcipuè dum ad Romanos c. 13. scriptum: *Omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit; non enim est potestas, nisi à DEO; qua autem sunt potestates, à DEO ordinatae sunt. Itaque, qui resistit potestati, DEI ordinatio resistit. Et iterum Hebr. c. 13. Obedite Præpositis vestris, & obedite eis; ipsi enim pervigilant, quasi rationem pro animabus vestris reddituri, ut cum gaudio hoc faciant, & non gementes, hoc enim non expedit vobis.*

MEMBRUM XV.

De ijs, quæ erga Sponsos observanda sunt.

Qu. 1. *Quid erga Sponsos observare debeat Pastor?* R. præcipuè sequentibus versiculis comprehensa illis fundenda esse, nempe

Ut contrahant legitime

Ad damnum evitandum.

Ut fidem servant integrè

Ad crimen declinandum.

Ut copulentur licitè

Ad DEVM honorandum.

Qu. 2. *Quid ad Matrimonium legitime contrahendum requiratur?* R. tria præcipuè. 1. Ut careant impedimento dirimente. 2. Ut careant impedimento impediente. 3. Ut consensus Parentum accedat; nam etfi hic absolute ad validandum matrimonium non requiratur, juxta probabiliora

sententiam, tamen ijs rationabiliter iavitis, hunc statum eligere, non modò irreverentiæ est, sed etiã injuriæ erga patriam potestatem; expedit igitur Populum hac de re præconione monere, simul tamen etiã gravissimè reprehendere Parentes, qui metu gravi proles ad ineundas nuptias cogunt, cum statum castitatis aut religionis elegerint; aut cum matrimonium inire decreverint, nimium urgent, ut in Monasterium intrudi se sinant; aut certè, ut cum ijs contrahant, quas nollent; quibus ex rebus, quæ scandala & damna animarum sequantur, satis dici, & desleri non potest.

Qu. 3. *Quid circa fidem sponsalium servandam sit observandum?* R. itidem tria. 1. Ut à sponsalibus sine justa causa non resiliant. 2. Ut alteri cum promissione matrimonij non copulentur. 3. Ut etiã inter se, quamdiu simplicia sponsalia durant, non conjugantur.

Qu. 4. *Quid ad licitam copulationem requiratur?* R. 1. Ut denuntiationes ordinariæ præcedant, nisi specialis causa ab ijs excuset, qualis foret, si v. g. periclitans de vita, vellet ducere concubinam ad prolem legitimandam; aut si timeretur, ne si permitterentur denuntiationes, matrimonium malitiosè impediretur, neque tempus patiatur Episcopum consuli. 2. Ut contractus matrimonialis præsentè Parocho & testibus, ubi Concilium Tridentinum receptum est, celebretur. 3. Ut Benedictio nuptialis juxta morem Ecclesiæ præcedat.

Dubia moralia.

Q. 1. *An Pastor debeat sponsalibus suorum Parochianorum assistere?* R. hac de re sic loqui Synodi Augustanæ Decreta p. 2. c. 10. Prindò, justas ob causas matrimonij Sacramentum ex Ecclesiæ consuetudine præcedere solent sponsalia, quæ sunt sponsi & sponsæ in futurum matrimonium reciproca promissio. Secundò, ut minor sit controversiarum occasio, sponsalia non clandestinè, & in angulis, sed in domo aliqua honesta coram testibus fiant. Tertiò, nec Parochi, nec alterius ejus loco substituti Sacerdotis præsentia necessaria est, ut validè & legitimè contrahantur. Quin expedit magis non interesse, ne imperitiores verum matrimonium contractum credant, ac proinde ejus sibi jura interdum malè

usurpent. Quartò, ubi autem ex longa consuetudine ad sponsalia vocati sunt Parochi, etsi deinceps quoque, ut vocari possint, permittimus, non tamen aliter, quam ut recte venire atque interesse volumus, idque sine superpelliceo & Stola, ac sine ullis peculiaribus Cæremonijs. Quintò, ubi verò nullus Parochus se sponsalibus ingerat, & ubi habitus vocari non consueverunt, non facillè etiam vocati ad ea per hac accedant. Ubi tamen absente Parocho inita fuerint, non neri is debet, & certior fieri de contractu ab ipsis sponsalibus testibus.

Qu. 2. *An, si consensus ob defectum Parochi & testium nullus, requiratur, ut coram illis reiteretur?* R. etsi Pontius & alij affirmativam teneant sententiam, æquè tamen probabiliter negativam tradi à Sanchez l. 2. d. 37. Coninch, Perez, Hurtado & alijs apud Dicastillum d. 2. n. 103. citantur quòd per primam attestationem sufficienter obtineatur à Concilio Tridentino intentus.

Qu. 3. *An denuntiationes extra Ecclesiam fieri possint?* R. affirmativè cum Pontio, Layman, l. 5. tr. 10. p. 2. c. 4. n. 10. Tannero d. 8. n. 126. & communi aliorum, quia, cum etiam in tali casu concursus Populi haberi possit, rectè id sufficiens videtur ad denuntiationem impedimenti, siquod lateret, sciendam.

Qu. 4. *An etiam die non Festo fieri possint denuntiationes?* R. affirmativè cum Layman. & alijs, modò concio frequenter Populi adsit, cum parùm referat, sive Populus die Festo, si alio conveniat, ad hoc, ut in cognitionem contracti matrimonij veniat, & impedimentum, siquod sciat, deesse possit.

Qu. 5. *An tribus diebus Festis immediatè succedentibus possint denuntiationes?* R. etsi plerumque Auctores docent, saltem duorum dierum intervallum inter unam & alteram denuntiationem intercedere debere, itaque in Concilio Moguntino & Colonienfi l. c. decisum esse, Laymannus rebatur, id tamen omnino licitè fieri putat Dicastillo loc. cit. aliud in propria Diocesi non fuerit constitutum, eò quòd Concilium Tridentinum jubeat eas in tribus continuis diebus fieri, nullam de interpolatione mentionem faciens, verò etiam non appareat, quid illa interpolatio emol-

menti afferat, ad finem denuntiationum facilius obtinendum.

Qu. 6. *An, si uno die Fefso interpolato omittat Pastor denuntiationem, peccare mortaliter censendus sit?* R. ita quidem Henriquez à Diana p. 3. tr. 4. ref. 236. citatum sentire; sed probabilius ipsum Dianam cum Coninch & alijs contrarium tueri, eò quòd non videatur Concilium Tridentinum sub tam gravi obligatione voluisse Pastores obligare, modò non nimis diu aut malitiosè differant eiusmodi denuntiationes.

Qu. 7. *An in utriusque sponsi Parochia debeant fieri eiusmodi denuntiationes?* R. Laymannus, etsi valde sit probabile, Concilij Tridentini & Lateranensis intentionem fuisse, ut tales denuntiationes in utriusque sponsi Parochia fiant, si illi ad diversas spectent, ut impedimenta, siqua fortè subsint, ex utraque parte detegi possint; itaque etiam Sanchez, Henriquez, Rodriquez, & alij contra Antonium Cucum doceant, non tamen damnari debere consuetudinem, quæ adhuc in quibusdam Ecclesijs viget, ut denuntiationes in solius sponsi Parochia fiant, in qua nuptiæ celebrandæ sunt.

Qu. 8. *An possit Pastor in certis casibus absque dispensatione Ordinarij denuntiationes omittere, vel unam pro tribus facere?* R. affirmativè Ferdinandus Hauckius in Epinomia Paroch. V. denunc. matr. c. 7. afferens sequentes casus, in quibus eiusmodi denuntiationes omitti possunt. Primò, si abest suspicio prudens & probabilis malitiosi impedimenti. Secundò pudor, ut, cum inter Contrahentes est disparitas conditionis, ætatis, divitiarum, & qualitatis. Tertiò infamia, ut quando Concubinarij diu sunt habiti pro Conjugibus, vel quia matrimonium priùs contractum fuit nullum, ob occultum impedimentum. Quartò vicinitas temporis clausi, quo prohibitiæ sunt nuptiæ, quia ex una parte non expedit, ob periculum fornicationis vel dissolutionis differre matrimonium ad tempus apertum; & ex alia etiam expedit, ut Benedictio Consummationi præmittatur. Imò Hurtadus d. 5. diff. 20. n. 69. etiam absque periculo isto putat temporis clausi vicinitatem esse causam sufficientem omittendi denuntiationes, aitque ita à S. Congregatione decisum. Quintò Magnatum dignitas; in his enim cessat plerumque periculum occultationis impedimentorum, vel certè alioqui consuetum

non est eorum matrimonium bandiri. Sextò damnum notabile temporale, vel spirituale evitandum, in quibus omnibus casibus docet prædictus Auctor, Parochum omittere posse dictas denuntiationes, etiamsi Episcopus requisitus negaverit facultatem (quia dispensatio, si justè negetur, habetur pro concessa, teste Sanchez d. 10. n. 26.) imò si iudicium probabile damni gravis adsit, omittere eum posse denuntiationes, etiamsi Episcopus adiri possit, uti multi Auctores apud Bossium tract. de matr. contr. l. 22. n. 108. tenent, quia tunc licentia Episcopi tunc tantùm de consilio requiritur, eò quod nocivum admodum, & consequenter iniquum sit observare legem denuntiationum, atque adeò rectè per benignam interpretationem dici possit, etiam in tali casu non obligari. Addit tamen citatus Auctor, hæc omnia in foro tantum interno habere locum.

Qu. 9. *An, si post factas denuntiationes longo tempore, intra quatuor menses non contractum est matrimonium, iterum præmitti debeant denuntiationes?* R. affirmativè Rebellus & Bonacina, itaque à S. Congregatione decisum ajunt, eò quod intra tale tempus facillè iterum novum impedimentum v. g. affinitatis oriri queat.

Qu. 10. *An Pastor omittens denuntiationem trinan suspensionem incurrat?* R. ita quidem sentire Barbosam de Paroch. c. 21. n. 27. ob textum Juris Canonici in c. 3. de clandestina desponsatione; verùm Ludovicus Engel Man. Paroch. p. 3. c. 5. l. 6. n. 3. putat, textum illum loqui tantùm de casu, in quo patitur Parochus aliquos in consanguinitate, vel aliquo alio impedimento existentes contrahere; posito autem, quod pœnam istam incurreret, hanc pœnam non ipso facto incurri, sed primùm per sententiam Judicis Ecclesiastici denuntiandam esse, non obscurè ex eodem textu colligitur.

Qu. 11. *An, si denuntiationes ante nuptias facta non fuerunt, post eas ante consummationem faciendæ sint?* R. Layman l. 5. tr. 10. p. 2. c. 4. n. 11. affirmativè, eò quod ita Concilium Tridentinum moneat, ut, si fortassè aliquod impedimentum subsit, ante copulam fornicariam deregatur; sed quia fortè nimis difficile in praxi videbitur, Conjuges novè ad tam diuturnam abstinenciam adigere, ideo Episcopus mone-
neri potest, ut dispenset, si videatur.

Qu. 12. An, si unus sponsorum secundo nuptias celebret, iterum Benedictionem illis Pastor adhibere debeat? R. negative quidem communiter Auctores respondere ob Capitulum tertium de secundis nuptijs, eò quòd Benedictio semel collata iterari non debeat; nihilominus tamen, cum teste Layman l. c. n. 13. consuetudo jam passim obtinuerit, ut nuptiæ primò nubentis Mulieris cum Viduo benedicantur, ideo poterit ea in tali casu observari, quàm aliqui etiam ad casum, quo Vir Benedictionem non accepisset, extendunt.

Qu. 13. An Pastor matrimonii Hæreticorù siquos in sua Parochia habet, assistere possit? R. Laym. l. 5. tr. 10. p. 2. c. 4. n. 8. non apparere ratione, cur assistere prohibeatur in nostra Germania, cum neque communicatio, quæ in his partibus permiffa est, impediat, neque reverentia Sacramenti, quod Hæretici indignè suscipiunt, quia Pastor assistens matrimonio est testis tantùm; neque infrequens est, ut Pastor assistat matrimonio aliquorum, qui notorij peccatores sunt, quando non patiuntur sibi persuaderi, ut ad Sacramentum dignè recipiendum se disponant.

Qu. 14. An, si quis cum ignorantia legis matrimonia clandestina irritantis contraxerit, debeat ad novum matrimonium ineundum incitari? R. id quidem aliquos apud Ferdinandum de Castro p. 5. d. 4. pu. 13. l. 8. n. 51. & Coninch. d. 27. du. 1. citatos negare, rectius tamen hos cum Sanchez l. 3. d. 17. n. 10. & alijs affirmativam partem tenere, eò quòd etiam in alijs impedimentis dirimentibus non obstat ignorantia talis impedimenti, quò minùs matrimonium cum tali impedimento contractum dissolvatur.

Qu. 15. An Pastor extra suam Parochiam possit assistere ijs, qui ex suis Parochianis matrimonium ineunt? R. affirmative cum Diana p. 9. tr. 7. ref. 45. & alijs communiter contra Henriquez, Coninch, Pontium & alios ab eo citatos, quia extra Parochiam non desinunt esse subditi illius; rectè tamen addit Laymann peccaturum talem Parochum, si solemniter extra propriam Ecclesiam assisteret.

Qu. 16. An Pastor, in cuius Parochia tantùm per transitum habitant contrahentes, possit assistere eorum matrimonio? R. etsi Pontius l. 5. c. 15. & Sanchez d. 19. & 25. n. 14. l. 3. doceant, Pastorem posse matrimonio assistere, si vel uni-



eus tantum sponforum vagus sit; rectè tamen advertit Layman, hoc non de licita, sed valida duntaxat assistentia intelligendum, cum Concilium Tridentinum Sess. 24. c. 7. expressè præcipiat Parochis, ne vagorum matrimonij assistant, nisi post diligentem inquisitionem & licentiam ab Ordinario obtentam.

Qu. 17. *An Pastor excommunicatus, suspensus, aut interdictus validè assistat matrimonio?* R. Layman l. 5. tr. 10. p. c. 4. n. 5. affirmativè, modò non sit actualiter depositus, sed ritulum ac possessionem Beneficij retineat; quia assistere matrimonio non est actus jurisdictionis vel administrationis (cum etiam ab invito seu coacto validè præstari possit) sed est actus testimonij ex juris dispositione ad matrimonij substantiam requisitus.

Qu. 18. *An, si dubium sit de impedimento dirimente pastorem, Pastor matrimonio assistere?* R. etsi hoc contra Ferdinandum de Castro, Laymann & alios apud Dianam p. 10. tr. 13. res. concedat ipse cum Sanch. Sancio, Bardi, Francisco Lugones & aliis; rectius tamen facturum Pastorem, si prius, laicam quando res moram patitur, dubium ad Ordinarium deferat, ab eoque resolutionem expectet.

Qu. 19. *An Testes pro valore matrimonij debeant habere conditiones pro testibus aliàs requisitas?* R. negativè; cum juxta communem sententiam etiam impuberes, excommunicati, fœminæ, infames, infideles, parentes, liberi, ferri esse testes possint, uti Laymann l. 5. tr. 10. p. 2. c. 4. n. 6. restatur; & meritò cum matrimonij causa æquè favorabilis ac fidei, ac proinde, sicut in fidei favorem tales testes admittuntur, ita idem etiam meritò in matrimonij causa contingat.

Qu. 20. *An, si sponsi in sponsaliorum contractu sive ex incuria, sive studio uterentur verbis de presenti dicentes, ego accipio te in meum & meam, matrimonium ratum censere debeat Parochus?* R. Layman l. c. n. 15. negativè, quia præsumi non debet sponfos voluisse nondum præmissis denuntiationibus matrimonium cum gravi peccato contrahere; hinc etsi verbis contractum matrimoniale significaverint, uti, ea tamen secundum naturam contractus, quem instituerunt sponsi voluerunt, intelligi debent, nam intelligentia verborum

borum ex causis est sumenda dicendi, quia non sermoni res, sed sermo rei subiectus est.

Qu. 21. An, si Sponsi coram Parocho & Testibus tantum sub conditione consenserunt, debeant hi conditione purificata iterum vocari, & de illa certificari? R. non esse vocandos, docere quidem Sanchez l. 5. d. 8. sed communiorem & securiorem esse Laymanni l. 5. tr. 10. p. 2. c. 7. n. 3. Præpositi, Perez, & aliorum sententiam, qui omnino vocandos esse concedunt; alioqui enim non possent testificari, quod matrimonium perfectum esset.

Qu. 22. An, si impedimentum v. g. honestatis publica ignoretur à contrahentibus, nihilominus vim suam in illos exercent? R. iterum affirmativè cum Lessio c. 7. d. 1. n. 130. & Dicastillo d. 9. n. 109. quia hæc impedimenta non tam sunt pœnæ, uti Adversarij contendunt, quàm inhabilitates quædam, atque adeò etiam ab ignorantibus meritò contrahi dicuntur, licèt contraria sententia, quam Diana p. 10. tr. 13. ref. 51. communiorem vocat, non careat etiam sua probabilitate.

Qu. 23. An, si sponsi animo manendi in aliquo loco per maiorem anni partem contrahant, contractus iste validus sit, si postea non maneant in illo loco? R. affirmativè cum Sanchez l. 3. d. 23. à n. 12. & aliis, quia ex tali habitatione acquiritur quasi domicilium, uti ex Jure Civili constat lege hæc res absens ff. de Judicijs, talem autem habitationem sufficere ad hoc, ut aliquis Parochianus censeatur, ex cap. fin. de Parochijs colligitur.

COMPENDIUM

DOCTRINARUM AD LINEAS COGNATIONUM PERTI- NENTIUM.

Cùm hæc materia frequenter admodum occurrat, & Pastores gravem plerumque difficultatem experiantur in gradibus cognationum dignoscendis, placuit ea, quæ ad hanc materiam pertinent, paulò magis ad praxin accommodata huc apponere.

N 5 PARS

P A R S P R I O R.
D E C O N S A N G U I N I T A T E.

AD hanc ritè cognoscendam tria requiruntur. Primo, notitia nominum ad eam pertinentium. Secundo, cognitio Regularum pro gradibus cognoscendis assignari solitarum. Tertio, designatio linearum, ex quarum aspectu speciali difficultate gradus Consanguinitatis cognoscantur.

T I T U L U S I.

D e N o m i n i b u s C o n s a n g u i n i t a t i s.

1. Cognatus, ein Vötter / Blutsfreundt.
2. Cognata, ein Waas.
3. Paterna linea, Vatter Geschlecht.
4. Materna linea, Mutter Geschlecht.
5. Pater, Vatter.
6. Mater, Mutter.
7. Liberi, Kinder.
8. Filius, Sohn.
9. Filia, Tochter.
10. Frater, Bruder.
11. Frater ex Patre, Bruder von dem Vatter.
12. Frater uterinus, Bruder von der Mutter.
13. Germanus Frater, leiblicher Bruder.
14. Soror, Schwöster.
15. Gemini, Zwilling.
16. Tergemini, Dreyzwilling.
17. Avus, Anheri / Großvatter.
18. Avus paternus, des Vatters Vatter.
19. Avus maternus, der Mutter Vatter.
20. Avia, Anfraw / Großmutter.
21. Proavus, Branheri.
22. Proavia, Branfraw.
23. Abavus, Bräns Vatter.
24. Abavia, Bräns Mutter.
25. Atavus, Bräns änn.
26. Tritavus, Bräns Bran.

27. Nepos, Enckle / Kindsfinder.
28. Nepos ex Filio, Sohns Sohn.
29. Nepos ex Filia, Locher Sohn.
30. Neptis ex Filio, Sohns Tochter.
31. Neptis ex Filia, Tochter Tochter.
32. Pronepos, Enckels Sohn
33. Proneptis, Enckels Tochter.
34. Abnepos, Enckel des Enckels.
35. Abneptis, Encklen des Enckels.
36. Adnepos, Enckels Brenckel.
37. Adneptis, Enckels Brenckel.
38. Patruus, Vatters Bruder.
39. Patruus magnus, Anherrens Bruder.
40. Propatruus, Branherrens Bruder.
41. Avunculus, Mutters Bruder.
42. Magnus Avunculus, Anfrawens Bruder.
43. Proavunculus, Branfrawen Bruder.
44. Amita, Vatters Schwöster.
45. Amita magna, Anherrn Schwöster.
46. Proamita, Branherrn Schwöster.
47. Matertera, Mutters Schwöster.
48. Matertera magna, Anfrawen Schwöster.
49. Proamita, Branherrn Schwöster.
50. Nepos ex Fratre, Bruders Sohn.
51. Nepos ex Sorore, Schwöster Sohn.
52. Neptis ex Fratre, Bruders Tochter.
53. Neptis ex Sorore, Schwöster Tochter.
54. Patruales, Zweyer Brüder Kinder. (Kinder.
55. Consobrini, Zweyer Schwöster Kinder / Geschwistrig
56. Amitini, Bruders vnd Schwöster Kinder.
57. Sobrini, Geschwistrig Encken.

TITVLVS II.

Regulæ pro linea Consanguinitatis.

Prima Regula: Tot sunt gradus in linea ascendente & descendente, quot Personæ in ea reperiuntur, unâ demptâ; vel brevius: tot sunt gradus, quot generationes activæ. Secunda Regula: In linea transversa æquali tot gradibus distant Per-

200 *De gradibus Cognationum dignoscendis.*
 Personæ inter se comparatæ, quot gradibus à communi stirpe distant. Tertia Regula: In linea transversa inæqualiter gradibus inter se Personæ comparatæ distant, quot gradibus ea, quæ remotior est, à communi stirpe distat.

TITVLVS III.

Lineæ Consanguinitatis.

Linea Consanguinitatis est ordinata connexio personarum Consanguinitatem inter se habentium. Gradus autem huius lineæ nihil aliud sunt, quam distantia unius Personæ ab altera intra eandem lineam.

Triplex autem in genere linea assignatur. Prima vocatur recta, quæ ascendentes & descendentes comprehendit. Secunda, collateralis æqualis vocatur, quæ comprehendit Personas æqualiter, id est, cum eodem numero graduum à communi stirpe distantes. Tertia, collateralis inæqualis appellatur, & comprehendit Personas inæqualiter, id est, cum inæquali numero graduum à communi stirpe distantes, quæ quidem, sicut à varijs radicibus oritur, ita etiam possunt in varias species subdividi, ita ut una paterna, altera materna, tertia fraterna, aut sororia dicatur, quæ omnia in adjectis Schematis clariùs videri possunt.

TITVLVS IV.

Linea Recta.

{	Abavus	4	}	Ascen- den- tes.
	Proavus	3		
	Avus	2		
	Pater	1		
	Titius &			
{	Filius	1	}	Descen- den- tes.
	Nepos	2		
	Pronepos	3		
	Abnepos	4		

TITV.

TITVLVS V.

Linea collateralis æqualis.

{	Amitinus	3	}	Horum Liberi. 4.
	Confobrinus	3		
	Patruelis	3		
	Frater	1		
{	Titius &		}	Horum Liberi. 4.
	Soror	1		
	Patruelis	3		
	Confobrina	3		
{	Amitina	3		

TITVLVS VI.

Linea collateralis inæqualis prima ratione Patris.

{	Propatruus	4	}	Horum Liberi. 3	Nepotes. 4.
	Patruus magnus	3 -- Liberi 4			
	Patruus	2			
	Titius &				
{	Amita	2	}	Horum Liberi. 3	Nepotes. 4.
	Amita magna	3 -- Liberi. 4.			
{	Proamita	4			

TITVLVS VII.

Linea inæqualis secunda ratione Matris.

{	Proavunculus	4	}	Liberi 3.	Nepotes 4.
	Avunculus magnus	3 -- Liberi 4.			
	Avunculus	2			
	Titius &				
{	Matertera	2	}	Liberi 3.	Nepotes 4.
	Matertera magna	3 -- Liberi 4.			
{	Promatertera	4			

TITV-

TITVLVS VIII.

Linea inæqualis tertia ratione Fratris
& Sororis.

{	Fratris pronepos	4	}
	Fratris nepos	3	
	Fratris liberi	2	
	Titius &		
	Sororis liberi	2	
	Sororis nepos	3	
	Sororis pronepos	4	

P A R S II.

D E A F F I N I T A T E .

§. I.

De definitione & divisione illius.

Affinitas est propinquitas personarum ex copula procreata, omni que carens parentela. Dividitur in affinitatem primi, secundi, & tertij generis.

Affinitas primi generis est, quæ oritur ex copula prima cum Consanguineo habita, ut si Petrus ducat Anitam, omnes Consanguinei Annæ sunt affines Petri, & econtrario omnes Consanguinei Petri sunt affines Annæ.

Affinitas secundi generis oritur ex copula secunda cum Consanguineo alterius, ut si Petrus ducat Annam, & hæc post mortuo nubat Paulo, tunc Consanguinei Petri sunt affines Pauli in secundo genere.

Affinitas tertij generis est, quæ ex tertia copula oritur habita cum Consanguineis, ut si in dicto casu Paulus mortua Annâ ducat Sabinam, hæc cum Consanguineis Petri, qui tunc primus Annæ maritus, erit in tertio affinitatis genere. Dividitur etiam in affinitatem per se (id est, eam, quæ matrimonium dirimit, eò quòd ex copula carnali, quam una ex personis duabus cum Consanguinea alterius habuit, oritur) & per accidens, quæ non impedit, nec dirimit matrimonium eò quòd

eo quod intercedat inter personas, quarum neutra per copulam carnalem praebeuit anam affinitati; sic Frater Petri, & Frater uxoris Petri sunt affines per accidens. Dividitur denique in affinitatem ex thoro licito & illicito.

§. II.

Nomina Affinitatis.

1. Socer, Schwäher / Pater Uxoris vel Mariti.
2. Confocer, Gegenschwäher / Parentes Mariti & Uxoris.
3. Profocer, Manns Anherz.
4. Socrus, Schwiger / Mater Mariti, vel Uxoris.
5. Profocrus, seu socrus magna, desß Weibs Anfraw.
6. Gener, Tochtermann.
7. Congener, Miteyden.
8. Progener, desß Sohns oder Tochter Eyden.
9. Nurus, Schnur / Uxor Filij.
10. Connurus, Mitschnur.
11. Pronurus, desß Sohns oder Tochter Schnur.
12. Levir, Manns Bruder.
13. Glos, Manns Schwöster.
14. Fratria, Bruders Weib.
15. Sororia, Schwöster Mann.
16. Janitricæ, Weiber zwayer Brüder.
17. Sororum Mariti, Männer zwayer Schwöster.
18. Vitricus, Stieffvatter.
19. Noverca, Stieffmutter.
20. Privignus, Stieffsohn.
21. Privigna, Stiefftochter.

§. III.

Effectus Affinitatis.

1. Affinitas per se ex legitimo thoro impedit ac dirimit matrimonium intra quartum gradum inclusivè juxta Concilium Tridentinum Sess. 24. c. 4.
2. Affinitas ex illegitimo thoro intra secundum gradum impedit ac dirimit juxta idem Concilium l. c.

3. Affini-

3. Affinitas cum conjugē intra secundum gradum contracta impedit petitionem debiti juxta communem sententiam Doctorum.

§. IV.

Regulæ pro computatione graduum affinitatis.

Prima Regula. In primo genere affinitatis tot gradus inter se distant affines, quot gradibus distant ab uxore vel marito consanguineo; hinc si Petrus ducat Annam, Soror Annæ est affinis Petri in primo gradu, quia hæc Soror cum Anna est in primo Consanguinitatis gradu conjuncta.

Secunda Regula. In secundo genere affinitatis persona addita personæ per carnis copulam mutat genus, non gradum; Hinc si Petro marito mortuo Anna illius uxor maritus Paulo, frater Petri erit quidem in alio genere affinitatis conjunctus Paulo, quàm sit conjunctus Annæ, erit tamen tam bene conjunctus in primo gradu Paulo, quàm Annæ. Ubi alij clariùs exprimunt hanc regulam tali modo. In secundo genere affinitatis talis persona per secundam copulam addita, in eodem est affinitatis gradu cum consanguineis uxoris vel mariti, in quo fuerat persona primò copulata ipsi conjuncta.

§. V.

Linea Recta Affinium Mariti.

Titius &	{	Abavus, Abavia	4	}
		Proavus, Proavia	3	
		Avus, Avia	2	
		Pater, Mater	1	
		Uxoris		
		Liberi	1	
		Nepotes	2	
		Pronepotes	3	
		Abnepotes	4	

Nota eodem modo posse pro affinibus uxoris lineam fieri imò ex hoc ipso statim cognosci, dummodo loco Uxoris fiat gatur positus esse Filius, & Uxor loco Titij.

§. VI.

Linea transversa Affinitatis ratione
Fratris & Sororis.

Titius Maritus &	}	Fratris Pronepotes	4	}	
		Fratris Nepotes	3		
		Fratris Liberi	2		
		Frater	} Uxoris		1
		Soror			
		Sororis Liberi	2		
		Sororis Nepotes	3		
		Sororis Pronepotes	4		

§. VII.

Linea transversa Affinitatis ratione Consobri-
norum, & Amitinorum.

Titius Maritus & Uxoris	}	Patruelis	2	}	} Horum Liberi 3	} Nepotes 4
		Consobrini	2			
		Amitini	2			

§. VIII.

Linea transversa Affinitatis ratione Confan-
guineorum Paternorum in linea
inaequali.

Titius &	}	Propatruus	}	} Liberi. 4.		
		Propatruus magnus. 3.			} Nepotes 4.	
		Patruus. 2. Liberi. 3.				
		Uxoris				
		Amita. 2. Liberi. 3.				} Nepotes 4.
		Amita magna. 3. Liberi. 4.				
Proamita. 4.	} Liberi. 4.					

Instruct. IV.



§. IX.

§. IX.

Linea transversa ratione Consanguineorum maternorum.

Filius &	Proavunculus. 3.
	Avunculus magnus. 3. Liberi. 4.
	Avunculus. 2. Liberi. 3. Nepotes. 4.
	Uxoris.
	Matertera. 2. Liberi. 3. Nepotes. 4.
	Promatertera. 4.
	Matertera magna. 3. Liberi. 4.

§. X.

Linea Affinitatis in secundo genere.

Cajus	Pater & mater 1. Liberi 2. Nepotes 3. Pronepotes 4.
Mari- tus	Frater & Soror 1. Liberi 2. Nepotes 3. Pronepotes 4.
secun- dus	Patruus & amita 2. Liberi 3. Nepotes 4.
Saræ	Avunculus & Matertera 2. Liberi 3. Nepotes 4.
	Confobrini 2. Liberi 3. Nepotes 4.
	Patruales 2. Liberi 3. Nepotes 4.
	Amitini 2. Liberi 3. Nepotes 4.
& Titij	Liberi ex alia Uxore 1.
Mariti	Nepotes 2.
primi	Pronepotes 3.
Saræ	Abnepotes 4.

Nota. Ex linea hac facile posse lineam aliam ex tertio et quarto genere constitui, si scilicet Cajus secundus Saræ Maritus fingatur hæc mortuâ duxisse aliam Uxorem, & hæc Cap mortuo nupsisse alteri Viro, quas tamen lineas non oportet huc ponere, eò quòd exiguum habeant usum.

CAPUT III.

DE COGNATIONE
SPIRITUALI.

§. I.

Definitio & Effectus.

EST cognatio, quæ jure Ecclesiastico inter personas alias quas ratione Baptismi vel Confirmationis oritur.

Effectus illius est, dirimere matrimonium juxta Tridentinum Sess. 24. c. 2.

§. II.

Linea Cognationis spiritualis ex Baptismo.

Titius Bapti- zatus	{ Pa- ter- ni- tas	{ Petrus ba- ptizans. Paulus su- scipiens.	Com- pa- & ter- nitas	{ Pater Ti- tij Mater Ti- tij.

§. III.

Linea Cognationis spiritualis ex Confirmatione orta:

P A T E R N I T A S.

Titius Confir- matus	&	Cajus confir- mans Sixtus suscipiens
----------------------------	---	--

COM P A T E R N I T A S.

Cajus confir- mans.	&	Pater ac Mater Titij.
Sixtus suscipiens piens		

C A P V T I V.

DE COGNATIONE LEGALI.

§. I.

Definitio & Divisio.

Cognatio legalis est conjunctio Personarum ex adoptione perfecta orta. Est autem adoptio Personæ extraneæ in Filium aut Nepotem assumptio.

© 2

Divi-

Dividitur in perfectam & imperfectam. Perfecta est adoptio, quâ transit adoptatus in potestatem adoptantis, idque solâ auctoritate Principis. Imperfecta dicitur, quâ non transit in potestatem adoptantis.

Dividitur cognatio hæc in Paternitatem, Fratritatem, & Affinitatem. Paternitas reperitur inter adoptantem & adoptatum, ejusque descendentes ex altera parte. Ex hac cognatio est perpetua. Fratritas reperitur inter liberos legitimos adoptantis & adoptatum, duratque tamdiu durat, quamdiu adoptatio durat. Unde non contrahitur hæc fratritas inter adoptatum & illegitimos, quia non censetur esse in potestate sui Patris juxta §. ultimum. Instit. de Nuptiis, nec contrahitur inter liberos adoptivi & adoptantis, ut Sanchez lib. 7. d. 63. n. 30. & alii communiter docent. Affinitas legalis contrahitur inter adoptantem & Uxorem adoptati, itémque inter Uxorem adoptantis & adoptatum, duratque etiam perpetuò.

§. II.

Cognitionis legalis effectus.

Primò dirimit matrimonium usque ad quartum gradum juxta communem sententiam; sed Diana ex Henrico & Lessio p. 9. tr. 6. ref. 54. notat, probabile esse, quòd post Tridentinum tantum usque ad secundum gradum inclusive dirimat, sicut spiritualis cognatio.

Secundò, Titius adoptivus Patri ab intestato succedituram Filiis naturalibus legitimis.

Tertiò, dignitas senatoria adoptantis transit ad Filium adoptatum.

Quartò, Pater adoptivus habet jus corrigendi & emendandi Filium adoptivum.

Quintò, Filius adoptivus non potest Patrem adoptantem in jus vocare.

Sextò, si Titius est adoptatus ab aliqua Persona ex ascendente in linea ascendente, tunc desinit esse in potestate Patris naturalis, & transit in potestatem adoptantis, ita, ut quidquid acquirit, huic acquirat, ideòque huic etiam solè non autè Patri naturali ab intestato succedat; ita Schneideri l. 1. tit. 11, ex communi Auctorum & variis legibus. Adoptio

gationis effectus sunt. Primò, ut arrogatus cum omnibus suis Liberis & Nepotibus in potestatem arrogantis usq; adeò transeat, ut ab hoc etiam alteri in adoptionem dari possit. Secundò, ut arrogator succedat Filio arrogato ab intestato. Tertiò, ut è contrario etiam arrogatus succedat arrogatori. Quartò, ut arrogator non possit sine causa Filium arrogatum invitum emancipare, ut idem Auctor docet.

§. III.

Linea legalis Paternitatis.

Titius		Adoptatus	1
ado-	&	Liberi	2
ptans.		Nepotes	3
		Pronepotes	4

§. IV.

Linea legalis Fraternitatis.

Titius	Liberi	1	
adopta-	& Nepotes	2	adoptan-
tas	Pronepotes	3	tis.
	Abnepotes	4	

§. V.

Linea legalis Affinitatis.

Titius		Uxor Caij
Adoptans	&	Adoptati
Cajus ado-	&	Uxor Titij
ptatus		adoptantis.

CAPUT V.

DE COMPUTATIONE CIVILI GRADUUM.

§. I.

Quomodo jus civile arborem consanguinitatis constituat?

In linea recta eandem regulam observat, quam Jus Canonicum: pro linea transversali verò tam æquali, quam inæquali ponit unicam, eamque hanc regulam: tot sunt gradus, quot sunt personæ, stipite dempto: Unde duo Fratres juxta hanc computationem sunt in secundo gradu, qui tamen juxta Jus Canonicum in primo gradu constituuntur.

§. II.

Quis sit effectus hujus computationis.

Resp. Iste, quòd quando aut tutela committenda, aut ab intestato succedendum est, computatio juris civilis servetur; si verò matrimonium inter consanguineos in eundem de Juris Canonici computatio prævaleat.

§. III.

Quomodo gradus Affinitatis computet jus civile?

Resp. Quòd eodem modo computet hos gradus, sicut de consanguinitate diximus, hoc solùm discrimine observato, quòd Jus Canonicum velit matrimonium in quarto gradu irritum esse, jus civile verò idem impedimentum ad secundum gradum duntaxat extendat.

§. IV.

Quod discrimen inter Agnatos & Cognatos faciat jus civile?

Resp. hoc, quòd Agnati tantùm dicantur ij, qui per viri sexus personas cognatione juncti sunt; Cognati verò dicantur, qui per foeminei sexus cognationem junguntur. Unde Agnati & non Cognati hodie etiamnum in feudis succeduntur in §. hic verò de successione fraterna deciditur.

MEMBRUM XVI.

De Observandis erga Conjugatos.

Qu. 1. Quid erga Conjugatos observare debeat Pastor? *Be-*
trix præcipue illis commendanda, scilicet

Ut inter se concordiam

Arctissimam conservent.

Cum Vicinis discordiam

Vel minimam devitent.

Suorum conscientiam

Innoxiam procurent.

Qu. 2. Quomodo Concordiam inter illos procurare debeat?
R. si procuret, ut quædam utrique communia, quædam
utrique specialia accuratè observent. Et primò quidem
utrique communia sunt, ut se mutuò sincerè diligant, &
omnem zelotypiam tanquam exitiosissimam pestem concor-
diæ conjugalis studiosissimè devitent, eúmque in finem sem-
per memores sint saluberrimi dicti ab Alphonso Rege pro-
lati, qui tunc optimum fore inter conjuges matrimonium
dixit, si Maritus cæcus, & Uxor surda sit; deinde ut se mutuò
non fraudent, nisi ex consensu ad tempus, ut orationi vacent,
quemadmodum Apostolus 1. Cor. 7. monet, ideòque iterum
meminerint, quod idem sanctus eodem loco docuit: *Vxoris*
Vir debitum reddat, similiter & Vxor Viro. Mulier sui corporis
potestatem non habet, sed Vir, similiter & Vir sui corporis pote-
statem non habet, sed Mulier. Tertiò tandem, ut se mutuò
supportent in tolerandis defectibus animi, infirmitatibus
corporis, & oneribus matrimonii; hoc enim est, quod suadet
Apostolus Gal. 6. dicens: *Alter alterius onera portate, & sic*
adimplebitis legem Christi. Secundò, ut Maritus Uxorem
tanquam sociam tractet, atque ad eò admittat in Societatem
victûs, ut dicere cum Job, Job. 31. possit: *Si comedi Buccel-*
lam meam solus, & non comedit pupillus (aut Vxor) ex ea. Se-
cundò, in societatem honoris juxta illud S. Petri 1. Pet. 3.
Viri similiter cohabitantes secundum scientiam, quasi infirmo-
ri vasculo Muliebri impertientes honorem tanquam & cohare-
ribus gratia vita. Hinc ex latere Adami creavit Evam, ut
esset honoris socia, Tertiò, in societatem cohabitationis;

quem in finem oportet altè cordi inculpere saluberrimam S. Pauli Eph. 5. admonitionem Ecclesiis datam: *Viri diligite Vxores vestras, sicut & Christus dilexit Ecclesiam, non habentem maculam aut rugam, aut aliquid huiusmodi, sed ut sit sancta & immaculata; ita & Viri debent diligere Vxores suas ut corpora sua. Qui suam Vxorem diligit, se ipsum diligit; nemo enim unquam carnem suam odio habuit, sed nutrit & fovet eam, sicut & Christus Ecclesiam suam.* Tertiò, ut Uxor meminerit se Marito datam in adjutricem, juxta illud Genesis Gen. 2. *Non est bonum, hominem esse solum, faciamus ei adiutorium simile sibi;* atque adeò studeat esse adiutorium in generandis & educandis liberis, hoc enim proprium est Uxorum, ut, sicut lac temporale præbent, ita & spirituale, adeoque doceant orare, certis temporibus frequentare Sacramenta, vitare peccata, virtutes statui convenientes exercere &c. corrigant proinde delinquentes, neque ex nimio amore parcat virgæ, ne simiarum more nimia compressione seu dilectione perimant illos, & serò impletum in se doleant illud Salomonis Prov. 29. vaticinium: *Puer, qui dimittitur voluntatis sue, confundit matrem suam.* Secundò, adiutorium in gubernanda Familia. Hinc enim Domina vocatur perinde ac Maritus, atque adeò præcepta infra afferenda etiam ad ipsam spectant. Tertiò, adiutorium in curanda re familiari; ideo enim ducitur à Marito, ut, dum ipse foris commoda domus procurat, ipsa domi ad eundem finem cooperetur. Hinc olim duo Boves sponsis offerebantur ad societatem in laboribus indicandam. Et Plutarchus volebat Uxorem esse domi partem, ut testudo. Itaque ob oculos sibi tanquam exemplar proponat mulierem à Salomone Prov. 31. descriptam: *Cogitavit in ea cor Viri sui, & spoliis non indigebit. Quare? quia quæsit lanam & linum, & operata est consilio manuum suarum; consideravit semitas domus sue, & panem otiosa non comedit. hinc surrexerunt Filij eius, & beatissimam prædicaverunt, Vir eius, & laudavit eam, & dixerunt: Multa filia congregaverunt divitias, tu supergressa es universas, date ei de fructu manuum suarum, & laudent eam in portis opera eius.* Ut autem hanc laudem tantò faciliùs & certius consequatur, ante omnia studeat accuratam Marito dirigenti obedientiam præstare, memor doctrinæ à S. Paulo Eph. 5. datæ. *Mulier*

Viris suis subditi sint, sicut Domino: quoniam Vir caput est Mulieris; sicut Christus Caput est Ecclesia; sicut ergo Ecclesia subdita est Christo, ita & Mulieres Viris suis in omnibus.

Qu. 3. Quomodo discordia cum vicinis devitanda sit? R. si sequentia tria observentur. Primò, si personæ, fama, & opes ad ipsos pertinentes intactæ relinquuntur, semperque ob oculos habeatur illud S. Tobiaë c. 4. monitum: *Quod ab alio oderis fieri tibi, vide, ne tu alteri facias.* Secundò, si curiosa inquisitio in eorum dicta & facta studiosè devitetur; & hunc in finem animo bene imprimatur salutaris illa Thomæ Kempensis l. 3. c. 24. doctrina in persona Christi prolata his verbis: *Fili, noli esse curiosus, nec vacuas gere sollicitudines. Quid enim ad te, utrum ille sit talis vel talis? aut iste sic vel sic agit, vel loquitur? Tu non indiges respondere pro aliis, sed pro te ipsa rationem reddes. Quid ergo te implicat? Ecce ego omnes cognosco, & cuncta, quæ sunt sub Sole, video, & scio, qualiter cum unoquoque sit, quid cogitet, quid velit, & ad quem finem tendat eius intentio. Mihi igitur omnia committenda sunt, tu verò serva te in bona pace, & dimitte agitantem agitare, quantum voluerit. Veniet super eum, quidquid fecerit, vel dixerit, quia me fallere non potest.* Tertiò, si in auxiliis & obsequiis præstandis promptum & benevolum se exhibuerit, atque adeò consilium illud Christi Matth. 7. observare studuerit: *Omnia, quæcunque vultis, ut faciant vobis homines, & vos facite illis,* nam, ut commune habet adagium: promptitudo obsequiorum gluten est animorum.

Qu. 4. Quid erga Domesticos, puta Liberos & Famulos observare præcipuè debeant Coniuges? R. tria præcipuè illis esse procuranda. Primum est *necessaria instructio* in rebus ad animæ salutem pertinentibus, ad quam instructionem pertinet, ut discant articulos fidei, modum orandi, Sacramenta frequentandi, atque ad hæc meliùs certiusque addiscenda suo tempore ad Catechismos & Conciones diligenter mittantur; huc enim vel maximè pertinet illa S. Pauli 1. Tim. 5. tremenda, sed tamen etiam verissima sententia: *Si quis suorum & maximè Domesticorum curam non habet, fidem negavit, & est infideli deterior.* Secundum est *necessaria sustentatio*; ad quam non tantum pertinet victus & habitationis liberalis subministratio, sed etiam laboris moderata impositio (novit

enim justus jumentorum suorum animas, viscera autem impiorum crudelia) & fidelis operæ compensatio juxta illud Tobia: c. 4. monitum: *Quicumque tibi aliquid operatus fuerit, statim ei mercedem restitue, & merces mercenarij tui apud te omnino non permaneat.* Tertium est necessaria correctio: Melior enim est manifesta correctio, quàm amor absconditus: & meliora sunt vulnera diligentis, quàm fraudulenta opera odientis, teste Salomone Prov. 22.

M E M B R U M XVII.

De Observandis erga mulieres in genere.

Qu. 1. Quid erga Mulieres in genere observare debeat Pastor? R. tria sequentibus versibus comprehensa summo studio ab eo esse observanda.

Rarissima aspectio

Propter castimoniam conservationem.

Brevissima collocutio

Propter publicam adificationem.

Cautissima conversatio

Propter lapsus devitationem.

Qu. 2. Quid circa aspectum mulierum observandum? Res. sequentia precipue. Primo, ut, ubi necessitas aut specialis utilitas non requirit, oculi omnino in nullam figantur, sed sedulo observetur illud Jobi 31. pactum, quo dixit: *Proptigi foedus cum oculis meis, ut ne cogitem quidem de Virgine, cum in finem meminerit consilii ab Ecclesiastico c. 9. dicitur: Virginem ne conspicias, ne forte scandalizeris in forma illius, & serò cum dolore fateri cogaris: Oculus meus deperditur, & animam meam.* Dicat proinde assiduo cum S. Davide Psal. 118. *Averte oculos meos, ne videant vanitatem.* Secundo, ut, si necesse fuerit, aliquam aspicere, oculi non figantur in aspectu; uti sapienter suis S. Augustinus in Regulis reg. 11. præscripsit dicens: *Oculi vestri, etsi iaciantur in aliquam feminam, in nullam figantur; neque enim, quando proceditis, feminas videre prohibemini. Sed appetere, vel ab ipsis appeti, verminosum est; nec dicatis vos habere animos pudicos, si oculos habeatis impudicos, quia impudicus oculus impudici cordis est nuntius.* Tertio, ut, si etiam ex brevi & necessario quibus

aspectu concupiscentia suboritur, oculi statim avertantur (dicendo cum S. Silvano: Claudamini oculi mei, & ad meliora vos cœli gaudia reservate) aut certè ad cœlos eleventur dicendo cum S. Davide Psal. 118. *Ad te levavi oculos meos, qui habitas in cœlis*: aut *Oculi mei defecerunt in salutare tuum, & in eloquium Iustitiæ tuæ*; in quem finem hîc specialiter meminisse oportet consilii à Christo Matth. 5. dati: *Si oculus tuus dexter scandalizat te, erue eum, & projice abs te.*

Qu. 3. *Quid circa colloquutionem observandum sit?* R. itidem tria. Primò, ut *rara* sit: ita sapienter monet Trithemius Ep. c. 2. Colloquia sceminarum devita; quia per levia verba venitur ad pessima facta; multos enim decepit incauta sceminarum allocutio. Hinc & Salomon rectè monet: *Ne attendas fallacia mulieris: fœvus enim distillans labia meretricis, & nitidius oleo guttur eius; novissima autem illius amara quasi absinthium, & acuta quasi gladius biceps.* Secundò, ut *brevis* sit: quia sic minus erit periculum, ne cor à tali igne, cui mulier à Salomone comparatur, incalescat. Certè de muliere meretrice idem Salomon Prov. 7. testatur. *Quòd irretivit adolescentem multis sermonibus, & blanditiis labiorum pertraxerit illum, ut quasi bos ad victimam statim secutus eam fuerit.* Tertiò, ut sit *seria*: id est, de rebus ad salutem animarum spectantibus, atque adeò omnia sensualia, vana, levia, ociosa, & multò magis turpia colloquia severissimè arceantur, ut de illo propter talem mortificationem & cautelam dici possit pulcherrimum illud sponsi elogium Cant. 5. *Labia eius stillantia myrrham primam.* Eum in finem altè cordi imprimat verissimam illam & tremendam S. Bernardi sententiam: *Inter seculares nuga, nuga sunt: in ore Sacerdotis Blasphemia: Consecrasti os tuum Evangelio: talibus iam aperire illicitum; adsuofacere sacrilegum est; & sanè, si in ulla re attendere debet famam conservare cupiens, hæc est, ut scilicet ab omnibus etiam ridiculis duntaxat verbis coram mulieribus absteat; cùm enim, ut bene advertit Clemens Alexandrinus l. 2. de pæd. c. 5. verba omnia à cogitationibus & moribus emanent, fieri non potest, ut verba aliqua mittantur ridicula, quæ non procedant à moribus ridiculis; ex abundantia enim cordis os loquitur.*

Qu. 4. *Quid circa conversationem cum mulieribus sit observan-*

servandum? R. pariter tria. Primò, ut non sit solitaria; ita S. Hieronymus ad Nepotianum suadet: *Hospitium tuum aut rarò, aut nunquam mulierum pedes terant; quòd, si forte propter officium Clericatus aut Vidua visitetur aut Virgo, nunquam domum solus introeas. Tales habeto socios, quorum consortio non infameris. Solus cum sola secreto & absque arbitrio vel teste, non sedeas; rationem autem hujus consilii pulchè explicat septima Synodus generalis his verbis: Certè solam ad solam accedere nulla religionis ratio permittit. Melius est enim duos esse simul, quàm unum; simul enim est fidelius tractatus res geritur. Va enim uni, quia, si ceciderit, non est, qui erigat eum.* Secundò, ut ab omni tactu etiam manuum abstineat, neque se tangi ab illis permittat, itaque sequatur exemplum Christi, qui etsi jam gloriosus dixit D. Magdalenz: *Noli me tangere.* Hunc in finem bene apprehendere oportet notabilem illam Salomonis Prov. 6. sententiam, quã dixit: *Sicut non potest homo abscondere ignem in sinu suo, ut vestimenta illius non ardeant, aut ambulare super prunam, ut non comburantur planta eius; sic, qui ingreditur ad mulierem proximi sui, non erit mundus, cum tetigerit eam:* id quòd bene ponderavit S. Ursinus, dum fœminæ sibi in agone appropinquanti dixit: *Recede à me mulier, adhuc ignisculus vivit, paleam tolle.* Aliam causam verò attulit Abbas quidam, dum Monacho petenti, ut propter curam morbi liceret in dompiarum fœminarum habitare, pertinaciter id negavit; illi verò objiciente, nullum periculum adesse, quòd corpus suum jam propè emortuum esset, respondit, corpus quidem tuum mortuum est, sed non perinde diabolus, qui videns te in occasione positum aggredietur, & prosterneat, id, quòd te postmodum evenit. Tertiò, ut etiam munuscula non facile acceptet; nam ut sapienter S. Hieronymus advertit, *crebra munuscula, dulces litteras, & sudariola, & pragustatos cibos sanctus amor non habet: hac enim omnia carnem sapunt.* Certè huc meritò etiam quadrat illud Salomonis Prov. 23. effatum: *Victoriam & honorem acquirat, qui dat munus, animam autem aufert accipientium.* E contrario verò, qui excutit manus suas ab omni munere, in excelsis habitabit, teste Isaia c. 32.

Qu. 5. A quarum Mulierum conversatione specialiter se

abstinendum? R. et si omnes fugiendæ fiat, quantum fieri potest, tres tamen species speciali studio sunt fugiendæ. Prima est earum, quæ adhuc juvenes & solutæ sunt; hæ enim, ut bene advertit Humbertus in regulam S. Augustini cap. 12. cum tentatio carnis sit in earum natura, nec habeant occasionem satiandi desiderium carnis, facilius alliciunt, quam aliæ. Hinc & S. Paulus 1. Tim. c. 5. monet Timotheum, ut adolescentiores Viduas devitet. Secunda species est earum, quæ habitum & speciem Sanctitatis habent; ab his enim S. Augustinus magis cavendum ait, quia, quanto sunt melioris famæ, tanto citius alliciunt, eò quòd sub affectu pietatis se supponat viscus impiæ libidinis, perniciosum mortis Venenum projiciens. Tertia species est earum, quæ vilis sunt conditionis, quia, ut idem sanctus ait, *quanto vilior earum conditio, tanto ruina facilior.*

Qu. 6. *An consultum sit, ut in famulitium assumantur mulieres à Pastore?* R. haud dubiè consultum non esse; ita enim passim SS. Patres suadent, & hortantur, & S. Augustinus exemplo probavit, dum nec sororem quidem in contubernium admittere voluit dicens: quæ cum sorore mea sunt, non omnes sunt sorores; sed & S. Hieronymus Rustico suavit, ut ne matri quidem cohabitaret; S. Gregorius omnes potius generatim ex familia abesse, quam unam adesse volebat. Imò S. Cyprianus specialiter sibi à DEO præceptum fuisse testatur, ut mandaret, ne Clerici cum fœminis commorentur; unde rectè Concilium Moguntinum prohibuit, ne Sacerdos etiam mulieres illas, quas Canones permittunt, Matrem scilicet, Amitam, & Sororem secum in eadem domo retineat; instigante diabolo, & in illis scelus perpetratum reperitur, aut etiam in pedissequis earum. Quòd si tamen necessitas aliud suadeat, saltem illud Salomonis consilium non negligat, quod dixit: *En lectulum Salomonis (quidni & Sacerdotis?) sexaginta fortes ambiunt ex fortissimis Israël (id est, cælestibus Spiritibus) omnes tenentes gladios, & ad bella doctissimi, uniuscuiusque ensis super femur suum, propter timores nocturnos; sed & ipse sibi de ancilla sua dictum patet illud S. Petri 1. Pet. 5. Fratres sobrii estote & vigilate, quia Adversarius vester (Ancilla vestra) tanquam Leo rugiens circuit, quærens, quem devoret, cui resistite fortes in fide.*

Qu. 7.

Qu. 7. Quas ob causas tantopere mulierum consortium fugere debeat Pastor? R. ob triplex periculum. Primb, propter periculum fama amittenda; nam prima tentamenta Clericorum, teste S. Hieronymo Epist. ad Oceanum, sunt feminarum frequentes accessus: iste sexus reprehensibiles exhibet Clericos; quid tibi revera cum foeminis, qui ad Altare cum Domino fabularis? te in publico cuncti, te in agro Rustici, Arant & Vinitores quotidie lacerabunt, si contra depositum fidei cum foeminis habitare contendes. Secundò, propter periculum castitatis violandae; nam, ut bene Trithemius Epist. c. 2. ait quantumlibet sancta sit foemina, semper Clerico est timenda, sicut enim scintilla de carbonibus profiliunt; ita virus Conceptionis ex Mulierum assidua familiaritate diffunditur. Lanua Diaboli, Porta inferni, Via iniquitatis, Scorpionisque dira percussio & nocivum genus fallendi Viro casto familiaris est foemina; cum proximat, stimulas: cum loquitur, incendit: non tangit, vehementer exurit. Non damnamus sexum, sed castitatis damnamus periculum. Nec minus patheticè alius quispiam in manu. Paroch. p. 3. num. 5. sic describit hoc periculum; Hic si suspiciam blanda pericula Sirenium, imò rabida scylla, profunda charybdes, latentes scopuli & infamia multorum naufragii Acrocerania. Tritum adagium est: mare, ignis, mulier tria mala, sed tamen minus tempestuosum est mare; ignis minus inflammat, in muliere omnia nocent. Oculi instar Babilisci, vel solo aspectu venenant, labia & ora flammas vomunt, vel levis contactus inscit; & quod atrocius est, mulierem spera Litera cum Leone, Vrso, Pardo, Colubro Serpente comparant. Neque dicas: Cavebo, attendam mihi, nam, ut beatus Cyprianus ait: Lubrica spes est, qua inter fomenta peccati sperat salvari; impossibilis liberatio est flammis circumstantibus ardere: quod Salomon non negat dicens: Quis allegabit in suo ignem, vestimenta autem sua non comburet? difficile est quod venenum bibit, & vivet. Verendum est dormienti in ripa, ut cadat; expedit plus bene timere, quam male vivere. Quod si dixeris, ait S. Hieronymus, mihi sufficit conscientia mea, habeo DEVM Iudicem, qui mea vita est testis, non curo, quid loquantur homines, audi Apostolum scribentem: Providentia non tantum coram DEO, sed etiam coram omnibus hominibus. Tertio, propter periculum salutis perdenda; nam, ut

rum pronuntiat Trithemius Ep. 2. n. 29. adeò difficile est, Sacerdotem semel in fornicationem lapsum, ad castitatem veram posse resurgere, ut ex omnibus unum vix queas invenire; nam vivunt jam licenter in peccatis (Sacerdos & concubina) diabolico glutine conjuncti, vivunt coram hominibus diffamati, vivunt à DEO alieni, in desperationem mortis crimen in veteratum vertitur, pœnitentiæ remedium deridetur, longanimitas patientiæ DEI contemnitur, quam putas hi pœnitentiam agunt in extremis, quando non voluntate, sed necessitate urgentur? Qui omne tempus vitæ in luxuria consumpserunt, in extremis vitæ suæ articulis veram pœnitentiam rarò consequuntur. Denique, si revelationibus credendum est, maxima apud Inferos Clericorum multitudo inæstimabiles propter vitium incontinentiæ pœnas in æternum duraturas patitur. Qualem igitur te senem desideras, talis quoque nunc juvenis vivas, difficile namque est, senem mores corrigere, & in veteri mente nova cogitare. Enimverò senectus mores habet, non accipit: qui cum fœmina juvenis lascivit, senex insanit. Bonum itaque est homini, si portaverit jugum Domini ab adolescentia sua, quoniam, si malus in juventute quis existit, rarò in senectute bonus erit.

Qu. 8. *Qua mediâ adhibere debeat Pastor ad hoc periculum, quod à mulieribus imminet, devotandum?* R. tria præcipuè ipsi specialiter adhibenda videri. Primum est *Sacerdotalis dignitatis recordatio*. Ita Trithemius Epist. c. 2. n. 7. suadet his verbis: *Memento, cum quo loquaris in Altari, & os divini ministeris consecratum ne effundas in oscula meretricum (ne audias illud Christi: Sacerdos osculo Filium hominis tradis?) turpissimum est enim, manibus sanctæ Vnctionis oleo consecratis, quibus DEI Filius tenetur & immolatur, tactibus pollutis contingere mulierem.* Secundum est *diffidentia in propriis viribus*, quâ fateatur cum Salomone, se non posse esse continentem, nisi DEUS det, atque adeò auxilium DEI & Sanctorum sedulo imploret, cautèque ambulet, sedulo cavendo nimiam de sua constantia fiduciam. Ita iterum Trithemius l. c. n. 34. *Nemo de sua fortitudine presumat, nemo de pristina castitate confidat, quoniam saepe, qui hodie fortiter stare cernitur, cras in profundum fornicationis cadere videtur. Sapientissimus Salomon dolos mulierum cavere non potuit, qui modo rurus erit?*

cadis

cadit gladio mulierum fortis & sapiens, & nos fragiles impientesque de securitate presumimus? & iterum c. 3. n. 12. tu te si viceris, aliquando securum aestimes, quia non est completa victoria, ubi quotidiana est pugna; quamdiu ergo potes subire, non credas te vicisse. Noli in tua fortitudine confidere, nec victoriam arrogare, sed spem tuam in solius DEI adiutorio consistere; nemo enim castus viribus suis confidit. Opone ergo contra tentationes carnis sine intermissione orare ad Dominum, & dicere: Consiige timore tuo carnes meas, à Indivino enim tuus timui. Tertium, fuga & matura resistens: Hoc ab antiquis etiam Daphnis virum insidiantem fugiens fugebatur in laurum conversa. Rectè proinde etiam Trithemius Epist. c. 3. n. 42. & c. 3. n. 11. principis tentationum obstandum est, quia luxuria nunquam melius vincitur, quam si per fugam declinetur, nam si per consuetudinem semel te involverit, nunquam sine speciali gratia liberum dimittit; lubricus est serpens libidinis, & nisi in capite non facile conteritur, eum adhuc infirmus est Adversarius, facile superatur. Porro duplex fuga est suscipienda; Prior est fuga occasionum, quales sunt præ reliquis otium (quod omnem malitiam & luxuriam specialiter docet) Vinum (de quo bene Trithemius Epist. c. 3. n. 14. Vinum, in quo est luxuria, semper sibi spectum, ne duplici ardore incendaris, potus scilicet & inveniuntis: ignem luxuria fovet in gremio, qui assiduo utitur vino. Verendorum Noë denudatio, incestus Loth, te Vinum (semper temere admonent) & Mulieres, de quibus illud sponsæ Cant. ult. sibi meritò applicabit Pastor: Fuge dilecte mi, & assilare caprea hinnuloque cervorum. Vel illud Ecclesiasticus 12. Quasi à facie colubri fuge; alioqui enim nihil alia media, nihil S. Angeli assistentia iuvabunt, qui, ut bene advertit Cyprianus, Custos nobis datus est, ut contraria declinantibus assistendo subveniat, non ut contraria eligentibus faveret, ut voluntarios & pronos in adversa confortet, sed ut ab adversis nitentes separari confirmet; nam quicumque perniciosis carnalibus audet exercere virtutem, iuvamen Spiritus S. non habet, qui neminem vult ultroneum virum fortem ad fructus virtutis insidias coarctari, nec protegit eum, sed deserit, quærens periculis irruentem, per illicitos eventus exquirere triumphos agnovit, sicut ipse iam tunc per Salomonem locutus est dicitur.

mans periculum in illo peribit; ordine igitur suo, non nostro arbitrio virtus Spiritus S. administratur, & secundum institutum eum praelia prosperantur.

Posterior fuga est ad SS. Passionem & vulnera Christi: de qua sic Trithemius: Quotiescunque cogitatio turpis mentem pulsare coeperit, memoria Dominicæ Passionis subeat, cogitarum suum in vulnera JESU Christi ponat: Scriptum namque est: Beatus, qui tenebit & allidet parvulos suos ad Petram: Petra autem erat Christus. Recordatio etenim Dominicæ Passionis, omnium tentationum efficacissimum remedium est. Enimverò quem Christi Passio non emollit, nulla exercitatio curabit. Ut ergo concludatur tandem hæc materia, placet verba à dicto S. Cypriano usurpata huc apponere: Sic igitur ambulate, sic agite, ut semper in Clericis Ecclesiæ Senatus candidus constet. Severitas in vobis circa feminas vigeat, auctoritas polleat, vigor teneatur, gravitas veneretur. Et ut semel omnia colligamus ad clausulam, Breviarium relegimus vobis, quod S. Apostolus insinuat: de cætero, Fratres, quæcunque vera sunt, quæcunque pudica, quæcunque justa, quæcunque sancta, quæcunque amabilia, quæcunque bonæ famæ, siqua virtus, siqua laus disciplinæ, hæc cogitare, quæ didicistis & accepistis, & audistis, & vidistis in me, hæc agite, & DEUS pacis & dilectionis erit vobiscum.

M E M B R V M XVIII.

De Observandis erga Captivos.

Qu. 1. Quid circa hos observare debeat Pastor? R. sequentia tria procuranda.

- Amica consolatio,
- Ne animo languescant.
- Honesta occupatio,
- Ne otio torpescant.
- Zelosa exhortatio,
- Ne merito decrescant.

Qu. 2. Quid circa consolationem sit observandum? R. triplicis necessitatis sublevationem procurandam, quam plerumque ejusmodi captivi patiuntur. Prima est necessitas alimonie convenientis, quæ proinde oportet vel cibo vel potu, vel

Instructio IV.

P

certe

certè pecuniâ, quâ eam emere possit, ex propriis bonis oblatâ, vel aliunde emendicatâ sublevari. Secunda est *necessitas solatii* ad pellendam tristitiam ex infamia vel molesta captivitate, quæ à lucro impedit, creatâ, quam, cum raro omnino tolli possit, saltem leniri convenit, tum opportunis rationibus eum in finem propositis, præcipuè exemplis SS. Virorum & Mulierum; tum Libris etiam, si legere similia queant. Tertia est *necessitas roboris* ad odij & indignationis adversus eos, quos causam hujus captivitatis vel fuisse sciunt, vel cæcè suspicantur, concepti expugnationem, quod proinde robor illis per opportunas rationes eum in finem in memoriam revocatas erit conferendum.

Qu. 3. *Quid circa occupationem observandum sit?* Resp. triplicem potissimum esse suadendam captivo. Prima *laborum manualis*, si commodè id fieri possit, præcipuè si etiam lucrum aliquod inde sperandum foret. Secunda *lectio*, si peritus sit hujus artis; quem in finem oportet libros pro cathecizibus aptos providere, vel certè ex sua Bibliotheca concedere, quales sunt Vita Christi à D. Bonaventura conscripta, Vita Sanctorum, *Stammenbuch* Christi, vel B. Vagans, *Trossbrunnen* P. Georgij Vogleri, *Haus- & Apothecken* D. Georgij Pistoris, *Heliotropium*, *Gymnasium patientiæ*, *Eternitas Cælum*, aut *Infernum* Hieremiæ Drexelij, *Pædagogus Christianus*, præcipuè in secunda parte. Tertia *oratio*, cuius proinde varios modos per diversa Rosaria, varias peregrinationes mente peractas, meditationem Mysteriorum S. Patris, considerationem diversorum statuum, puta damnatorum, purgantium animarum, infirmorum &c. audicionem Missæ imaginariam, suggerere oportebit.

Qu. 4. *Quid circa adhortationem observandum sit?* Resp. triplicem præcipuè scopum huic esse præfigendum. Primus est *satisfactio DEO & Republicæ præstanda*, quam tunc præstabit, si pœnam hanc cum debita patientia, charitate & intentione suscipiat, & ijs, quibus damnum intulit, ex amore pietatis, quantum fieri potest, satisfacere studeat, ad quos proinde actus exercendos instituendus & juvandus est, confessionis præcipuè remedio eum in finem adhibito, si non sit periculum capitalis supplicij. Secundus est *emendatio caræ*, quæ consistit præcipuè in duobus capitibus, scilicet in dicitur

statione præteritorum peccatorum, quibus hanc & graviores pœnas meruit; tum in serio proposito ea deinceps vitandi, ad quæ proinde duo capita obtinenda ostendet primò Captivo æquitatem divinæ justitiæ hoc flagello castigantis, & simul misericordiæ, quæ pro æterna temporalem, & quidem tam levem pœnam eidem imponit, ei obviantis: deinde gravitatem delictorum, tum illorum, propter quæ nunc in carcerem conjectus est; tum aliorum, ob quæ DEUS hanc pœnam immisit, clarè ostendet; & tandem acerbiter fructuum, quos creârunt ejusmodi peccata, ostendendo, illam S. Pauli Rom. 6. sententiam opportunè in memoriam revocabit: *Quem fructum habuistis tunc in illis, in quibus nunc erubescitis?* Tertium est *meritorum caelestium multiplicatio*, quem in finem ostendere illi oportebit, quomodo ex necessitate virtutem facere, & captivitatem hanc non tantùm satisfactoriam, sed etiam meritoriam, & quidem non leviter redere queat.

Qu. 5. *Quibus mediis uti debeat Pastor ad supradicta capita facilius obtinenda?* R. sequentibus potissimum. Primò, *accuratâ præmeditatione*, quâ domi privatim consideret, quibus maximè tentationibus aut necessitatibus captivi affligantur, & quomodo eis occurrendum sit. Secundò, *frequentis visitatione*: quia per hanc & ipsi captivo non leve solatium creabit, si tantum amorem & sollicitudinem pro ipsius salute consolatione susceptum viderit, & sibi per experientias varias facilem hujus actionis praxin efficiet. Tertio, *fructuosâ reflexione*, quâ scilicet, ubi ex Visitazione tallium Captivorum domum redierit, diligenter se reflectat, quomodo in ea se gesserit, quæ media, & quo successu adhibuerit: quod impedimentum intervenerit, quò minùs adhibita media feliciter succederent, & quomodo removendum sit.

MEMBRUM XIX.

De Observandis erga Damnatos ad mortem.

Qu. 1. *Quid circa hos observare Pastor debeat?* R. in genere sequentia procuranda esse.

Zelosa confortatio,
Vi promptè pariatur.

Condigna satisfactio,

Ut culpa deleatur

Perfecta dispositio,

Ut piè moriatur.

Qu. 2. *Quid in specie ante sententiam mortis deum observare debeat?* R. hæc præcipue. 1. *Benevolentia conciliatio*, quæ obtinebitur frequenti visitatione, consolatoria allocutione, amica comiseratione, tum affectu, quem explicare oportet, tum effectu, id est, per beneficia, quibus indiget, aut capax est, demonstrata. 2. *Adhortatio efficax* ad virtutem ex necessitate faciendam, tempusque, quod superest, bene pro salute animæ collocandum. 3. *Fruens cautela*, qua caveat, ne, aut confessionem Rei ante sententiam excipiat, nisi ipsemet instanter petat, nec patrocinium illius pro vita donanda, aut sententia mutanda se recepturum promittat, aut spem incertam vitæ conservandæ faciat.

Qu. 3. *Quid post sententiam latam & indicatam observandum sit?* R. primò excitandus ad mortis sententiam æquo animo ferendam, Christi potissimum & Sanctorum simul supplicium subeuntium & damnatorum in inferno, graviosa longè sine fructu & merito patientium exemplis propulsa. Secundò, præparandus ad mortem piè obeundam per accuratam confessionem & devotam Communionem prædiæ, quam supplicium obeat, peragendam. Tertiò, occupandus primum per appositæ preces, & virtutum variarum actus, tum per opportuna colloquia, aut lectionem; tum etiam per corporales refocillationes melioris refectiois, aut somni moderati.

Qu. 4. *Quid in actuali educatione & supplicio sit observandum?* R. sequentia præstanda. Primò, horror mortis excitandus aut temperandus, tum exemplis Christi & Sanctorum iterum in memoriam revocatis, tum spe immensæ æternæ felicitatis. Secundò, removenda impedimenta bonæ mortis, qualia sunt, quæ vel animum à pijs cogitationibus avocant (uti aspectus curiosus Populi comitantis) aut quæ tentationes novas creare possunt, uti auditio feralis sententiæ (quâ tamen in re vel consuetudo loci, vel delictum Rei, si id petat, attendenda) occursatio domesticorum aut amicorum, vel quæ horrorem augere possunt, uti vociferatio

exotica adhortantis, comploratio mulierum condolentium. Tertio suggerendæ constanter piæ cogitationes & preces ad mortem disponentes, ubi potissimum Passio Christi per partes aptè in memoriam revocata, & ad præsentem circumstantiam accommodata, actus præterea virtutum Theologicarum & aliarum repetiti, condonatio injuriarum, repetitio absolutionis, pronuntiatio SS. Nominum pro indulgentiis obtinendis fervient.

Qu. 5. *Quid post mortem Rei observandum?* R. primò, hortandi circumstantes, ut orent pro defuncto, & aptà adhortatiunculà ad fructum ex tristi spectaculo reportandum animandi. Secundò, consolandi Consanguinei Rei, & ad executionem earum rerum, quas tum ipse Reus fortè per ipsos fieri desideravit, tum charitas ipsi debita exigit, incitandi. Tertio, reflexio super omnes actiones cum Reo susceptas instituenda, & quæ minus recta videbuntur, notanda, ut futuro tempore emendentur; quæ autem feliciter successerunt, pro ulteriori praxi in memoria reservanda.

Qu. 6. *Quibus mediis præcipuè uti debeat Pastor ad supraddicta Capita ritè observanda?* R. primò, *Zelo indefesso*, qui si in ulla alia actione, in hoc apertissimum campum habet, propter insignem occasionem non ipsius duntaxat Rei, sed aliorum etiam, qui vel ipsum invidunt, vel supplicio intersunt, salutem & commodum promovendi. Secundò, *generosâ audaciâ*, quâ non modo Reo inter ipsum supplicium intrepidus assistat, sed magna etiam cum libertate cum ad omnia, quæ præsens status ab eo requirit, facienda instiget, suaviterque compellat. Tertio, *discretâ prudentiâ*: ne aut nimis adhortationibus, aliisque piis exercitiis Reum nimis fatiget, aut aliud quid faciat, quod eum potius offendere, averfionemque ab ipso Pastore aut Judice parere, quàm ædificare & solari possit.

Dubia moralia.

Qu. 1. *An possit aut debeat Pastor permittere aut suadere, ut Reus iuridice propter semiplenam probationem vel indicia æquipollentia interrogatus de crimine, illud cum æquivocatione neget?* R. 1. posse ipsum permittere, ut id faciat, cum id liceret multi hodie, iique valde probati Auctores doceant, in specie

specie autem Filiucius, Regin. & alij apud & cum Diana p. tract. 15. reg. 27. quorum sententiam etiam Lugo, Tann. Dicast. & alij probabilem esse fatentur, eò quòd homo maximum habeat jus ad propriam vitam & bona Temporalia defendenda, atque adeò lex humana non videatur posse obligare cum tanto incommodo. R. 2. non teneri id suadere, cum possit tutà conscientia sequi contrariam sententiam, ut magis communem, ita ferè & probabilem magis; imò nec consultum videtur, ut sponte suadeat, cum per hoc graviter offendere Magistratum, atque à se abalienare possit.

Qu. 2. An, si Reus crimen negavit, & per hoc accusator in probatione succumbenti, infamiam aspersit, debeat Pastor eum ad retractionem negationis hortari? R. negativè cum Layman. l. 3. rr. 6. c. 4. n. 4. & communi, eò quòd quisque habeat jus defendendi famam suam contra injustum infamatorum, qualis etiam in præsentì casu est accusator, ut potest contra juris ordinem de crimine occulto publicè alium accusans & infamans.

Qu. 3. An, si Reus vi tormentorum fassus sit crimen, quod non comisit, debeat Pastor eum ad revocationem adstringere? R. non debere, eò quòd non teneatur cum tanto cruciata vitam tueri, uti probabiliter docent Tann. Sylv. Less. Busenb. l. 4. c. 3. du. 2. Tann. to. 3. d. 4. q. 4. n. 99. & alij contra multos.

Qu. 4. An, si Reus aliquis propter delictum non capitale incarceratus, radio carceris diuturni velit crimen capitale revelare, quod verè commisit, sponte prodere Iudici, possit id Pastor permittere? R. etsi non desint, qui teste Dicastillo l. 2. de iust. rr. 1. d. 6. n. 48. negativam teneant sententiam; rectius tamen ipsum cum communi aliorum affirmativè respondent, eò quòd alius possit ipsum accusare de isto crimine, si juridicè probare queat, ergo & ipse Reus id poterit, cum propria accusatio sit sufficiens probatio.

Qu. 5. An, si Reus interrogat, num socios criminis sine peccato prodere possit, Pastor affirmativè respondere possit? R. id quidem negare Dicastillo, si crimen non sit exceptum, ac potest tamen probabiliter affirmativam sententiam tueri Tannorum d. 4. q. 4. n. 98. & Henriquez, eò quòd tali modo ad peccatam defensionem, & Reipublicæ incolamitatem cooperari videatur.

De Observandis erga Damnatos ad mortem. 227

Qu. 6. An, si quarat Reus, num possit licitè carceres effringere, Pastor id permittere possit? R. in tali casu optimè facturum Pastorem, si dicat esse quidem Auctores, qui affirmant, id licitè fieri, si aut periculum vitæ, aut diuturni carceris, vel damnationis ad tiores imminet; verùm se nec suadere, nec dissuadere alterutram partem, sed relinquere ipsius arbitrio, quid hoc in casu facere velit.

Qu. 7. An, si Cognati querant, num licitè instrumenta subministrare captivo Cognato, aut alio modo ad fugam cooperari possint, Pastor affirmativè respondere debeat? R. id quidem licitè fieri, si pœnæ gravis sit periculum, docere Dicant illum contra communem; verùm rectiùs videri facere Pastorem, si eo modo se gerat, sicut in priori casu ipsum gerere se debere diximus, cum ex positiva tali suasionem aut cooperationem graviter non à se tantum, sed aliis etiam Clericis, utpote justitiam impedire volentibus, Magistratum avertere queat.

Qu. 8. An, si Reus ipso die, quo supplicium subibit, Communionem petat, Pastor eandem dare debeat? R. affirmativè p. 5. tr. 3. ref. 38. & p. 3. tr. 6. ref. 59. cum Jordan. & Quintanad. & aliis apud & cum Diana, etiam si statim post Communionem esset rapiendus ad mortem, cum in c. 8. caus. 26. qu. 6. dicatur, si quis continuò creditur moriturus, infundatur ei Eucharistia; imò etiam si talis damnatus jejunos non ampliùs foret, Communionem ei, si ex devotione petat, permittendam esse, idem Diana cum pluribus à se citatis docet.

Qu. 9. An, si Reus sit rota affixus, possit & debeat Pastor ei Extremam Unctionem impertiri? R. cum plerumque consuetudo id non habeat, ut ejusmodi hominibus dictum Sacramentum conferatur, non obligari Pastorem ad id conferendum; si tamen id tam ferventer peteret, posse illud ministrare, juxta sententiam P. Simonis Felicis docti Theologi & P. Gobat in Alphab. ext. Unct. n. 850. cum verè etiam talis Reus sit graviter infirmus, & medio contra tentationes roborante indigeat.

Qu. 10. An licitum sit pulsare campanam benedictam in signum, quòd aliquis Malefactor supplicio afficiendus sit? Resp. affirmativè cum Diana p. 6. tr. 2. ref. 37. si signum hoc detur ad preces pro Reo fundendas, cum ad alios similes usus passim campanæ benedictæ adhibeantur.

Qu. 11. An, si Iudex duobus Reis capitis supplicium promittit, ut vitis duellum indicat, Pastor Reis permittere possit, ut illud accipiant? R. Layman l. 3. tr. 3. p. 3. c. 5. n. 1. cum Arce affirmativè, modò tales Rei non ex odio, sed tum publicæ Justitiæ Zelo, tum propriæ vitæ salvandæ causâ duellum tale suscipiant.

M E M B R U M XX.

De Observandis erga Infirmos.

Qu. 1. Quid circa hos præcipuè observare Pastor debent? R. ea, quæ sequentibus versiculis indicantur.

Hos visita velociter

Pro obligatione.

Alloquere suaviter

Pro consolatione.

Subleva liberaliter

Pro confortatione.

Qu. 2. Quid circa Visitationem observandum sit? R. sequentia præcipuè: Primò, ut sit *prompta*, id est, ut, quoties, & ad quoscunque vocatus fuerit, sine tergiversatione accedat, Christi in hoc exemplum secutus, qui vocatus dixit: *Veniam, & curabo eum.* Secundò, ut *crebra* sit; si enim Medici corporales toties ægros suos visitant, quidni Medicus spiritualis idem præstet? Tertiò, ut *fructuosa* sit, qualis erit, si triplicem scopum huic Visitationi præfixum obtinere studeat. Quorum primus est bona dispositio ægri ad morbum debito modo acceptandum & tolerandum, ad quam requiruntur, tum impedimentorum (qualia sunt peccata & tentationes aliæque ægris molestæ, v. g. quòd per morbum à lucro, officiis, exercitijs devotionis impediuntur: quòd alijs molesti sint, quòd media ad morbi curationem vel sublevationem necessaria non habeant) remotio; tum variorum adjumentorum oblatio (qualia sunt fides de morbo hoc per providentiam divinam ex speciali amore erga illum submissio: desiderium patienti, tum propter DEVM tanta patientem, tum propter præmij promissi magnitudinem, tum propter necessitatem patienti, ex qua virtutem facere oportet; & tandem efficitur adhortatio ad frequentem orationem & solidarum virtutum præcipuè Theologicarum, patientiæque & resignationis

actus exercendos. Secundus scopus est solida consolatio ægri, quæ tum per suavem allocutionem, tum per sinceram condolentiam, tum per opportunam suggestionem variorum motivorum ad patientiam & resignationem excitantium, qualia sunt memoria Passionis Christi, Gloriæ æternæ, Purgatorij, Inferni, aliorum hominum ex necessitate vel virtute graviora patientium & passorum, amor erga Christum, Sanctos, animas purgantes &c. procuranda est. Tertius est benigna sublevatio, de qua paulò post dicitur.

Qu. 3. *Quid circa allocutionem observandum sit?* R. tria præcipuè. Primò, *amica salutatio*, proprio etiam nomine, apud Plebeios maximè facta. Secundò, *prudens collocutio*, ut priùs de morbo, aliisque rebus ægro gratis fiat initium, & postea paulatim ad magis salutaria fiat progressus: ut non nimis æger oneretur longis precibus & discursibus: ut in his ipsis precibus & discursibus grata varietas adhibeatur: Ut sermo interdum ad adstantes convertatur, cum scœnore ad ægrum rediturus: ut impatientia & alij defectus prudenter dissimulentur pro benevolentia conservanda; imò, quantum fieri potest, etiam excusentur, & indirectè interea per adhortationem ad patientiam similèsq; virtutes curentur. Tertio, *affettuosa valedictio*, qualis erit, si ex intimo corde profecta agnoscatur: si in Christi SS. Vulnèra, in sinum Matris Misericordiæ, & in protectionem atque tutelam SS. Patronorum affectuosè commendetur: & tandem Benedictio per aliquam benedictam & aptam, variàmque verborum formulam impertiatur.

Qu. 4. *Quid circa sublevationem observandum sit?* Resp. primò, ut studeat ægrum mediocrium corporalium undecunque conquisitorum oblatione juvare; aut certè, si hoc non potest, sinceram voluntatem procurandi & offerendi ostendat. Secundò, ut tum ipse per preces suas DEO ipsos frequenter commendat, tum aliorum etiam suffragia eum in finem emendicet. Tertio, ut suavi alloquio, tum sinceram suam erga ipsos dilectionem & commiserationem ostendat, tum solida motiva suggerat, quibus excitati & animati, levius molestias suæ infirmitatis ferant.

Qu. 5. *Quare prædicta capita singulari studio observare debeat Pastor?* R. obsequentes potissimum causas. Primò, quia

quia summè conducunt ad Gloriam DEI promovendam, ut pote quæ specialiter per adversa amore illius fortiter circumspecta augetur. Hinc P. Balthasar Alvarez cuidam Patri ægro dolenti, quòd ministeriis suis, prout sanus consueverat, vacare non posset, dixit, pluris facere DEUM, quòd quis per mensem in morbo eum sustineat ac toleret, quàm si in ministeriis per integrum mensem ei serviret. Secundo, quia summè conducit ad charitatem proximo exhibendam, ut quæ per auxilium & solatium in adversis oblatum maximè decuratur. Tertio, quia summè conducit ad proprium meritum augendum partim propter generosam Victoriam difficultatum in hac praxi occurrentium, partim propter insignis actionis tantopere ad honorem DEI & Proximi conducentis excellentiam.

Qu. 6. *Quibus industriis uti debeat Pastor, ut prædicti mone-
re rectè fungatur?* R. tribus præcipuè. Primò, *solicitâ in-
quisitione*, quâ sæpius de statu suorum ægrorum, de quæ va-
riatione, augmento, vel decremento inquirat. Secundo, *accuratâ
consideratione*, quâ consideret domi, qui ægro præ
aliis auxilio indigeant, quòve die ac ordine sint visitandi,
quomodo illis succurrendum sit, sive per tentationum præ-
pulsationem, sive per zelosam adhortationem, sive per me-
diorum corporalium charitativam oblationem vel procur-
tionem. Tertio, *fructuosâ discussione*, quâ se iterum, ubi
domum redierit, examinet, quo successu & fructu cum ægro
actum sit, & quid deinceps emendandum sit.

MEMBRUM XXI.

De Observandis erga Moribundos.

Qu. 1. *Quid circa hos præcipuè observare debeat Pastor?*
sequentia summo studio procurare debere.

Ut hinc discedant liberè

Post facta testamenta.

Ut disponantur optimè

Per sumpta Sacramenta.

Ut muniantur validè

Ad hostis testamenta.

Qu. 2. *Quid circa testamenta observandum sit?* R. hæc
præcipuè curanda Pastori. Primò, ut *maturè* fiant à mori-
bundo.

bundis, ad quam proinde accelerationem aptis argumentis inducendi sunt. Secundò, ut legitime fiant, id est, cum debito numero testium, aliisque solemnitatibus. Tertiò, ut fructuose fiant, nempe in statu gratiæ, ad animæ salutem, & pro necessitate aut utilitate Consanguineorum juxta dictamen prudentiæ & ordinatæ charitatis.

Qu. 3. *Quid circa Sacramenta observandum sit?* R. itidem tria curanda: Primò, ut complete, quantum fieri potest, sumantur, id est, omnia tria, quæ à moribundis sumi consueverunt: scilicet Pœnitentiæ, Evcharistiæ, Extremæ Unctionis, & etiam cum debitis cæremonijs utpote non parùm conducentibus ad sensum devotionis excitandum. Secundò, ut maturè sumantur, idèoque phantasiæ & vanæ persuasiones à matura sumptione absterrentes eximantur, quales præcipuè sunt, quòd citius postea moriendum sit, quòd morbi vehementia non sinat, quòd domestici perturbandi & contristandi sint. Tertiò, ut fructuose suscipiantur, scilicet cum intentione præfixi finis, cum impletione omnium partium requisitarum, cum devotione & affectu possibili per variorum actuum virtuosorum exercitium.

Qu. 4. *Quid circa munitionem contra tentationes observandum sit?* R. primò inquirendum sollicitè, quibus tentationibus moribundus vexetur. Sunt autem sequentes octo præ alijs valde periculosæ, dubitatio in articulis fidei, desperatio, timor mortis, purgatorij, desiderium vitæ protrahendæ, impatientia, amor inordinatus erga bona amittenda, sollicitudo de Uxore & Filijs. Secundò, remedia ad vincendas tentationes tempestivè & suaviter offerenda, & sedulò cavendum, ne, si non satis dispositus videtur moribundus ad ea acceptanda, impetuosè invito obtrudantur. Tertiò, etiam alijs spiritualibus armis, puta aquæ benedictæ asperione, orationibus domesticorum, sacrificiorum oblatione, Crucifixi ostensione, Cerei benedicti protectione juvandus.

Qu. 5. *Quid circa ipsum agonem observandum sit?* Resp. primò, ut ordo commendationis animæ ab Ecclesia præscriptus diligenter recitetur, & ita quidem, ut etiam ab ipso agro, si sensus auditus vigeat, & latinam linguam intelligat, percipi possit, sed & alij ad preces pro moribundo fundendas

dendas admoneantur. Secundo, ut æger non defertatur, etiam si viribus & sensibus deftitutus videatur, cum testimonio virorum fide dignissimorum comperit haberi, æger tales omnia intelligere, et si nullum signum dare possint; & præterea etiam Medici peritissimi fateantur, se per frequentem experientiam didicisse, quod ipsi etiam perpetuamente in tali articulo ad se redeant. Tertio, ut hoc tempore maxime moribundus ad actus virtutum valde seledus, & pro hoc tempore aptissimos præeundo excitetur, præcipuum virtutum Theologicarum resignationis, invocationis SS. Patronorum, Commendationis in SS. vulnera Christi & num. B. Virginis &c.

Qu. 6. *Quid post mortem aeri sit observandum?* R. primo hortandi adstantes ad preces & Sacrificia pro eo offerenda procuranda. Secundo, occasio sumenda aliquam salutarem doctrinam adstantibus breviter suggerendi. Tertio consolandi domestici ob incertorem ex morte conceptum, & inflandandi, quod moderatè quidem lugere, multum verò juvat mortuum possint, si hanc ipsum dolorem, uri & reliqua bona opera usque ad tricesimum, vel quousque liberit, observant pro ipso.

Qu. 7. *Quibus motivis se Pastor excitare debeat ad munus hoc magna cum alacritate ac perfectione obeundum?* R. tribus præcipue. Primo, *summâ necessitate*, quia scilicet ad hoc ultimò agone tota salus hominis, & æterna felicitas pendet. Secundo, *summâ utilitate*, quæ tum ipsi moribundis ex legitima dispositione, & felici obitu; tum verò etiam Pastori in ordine ad gratiam pro felici morte paratam obeunda impetrandam oritur. Tertio, *summâ incunditate*, quam moribundus percipit, tum per consolationem adstantis Pastoris, tum propter internam lætitiã ex bona conscientia & spe obtinendæ felicitatis, ipse verò Pastor tum ex felici successu sui laboris, tum ex aspectu tot animarum ipsius auxilio in cælum receptarum olim concipit.

Dubia moralia.

Qu. 1. *An licitè absolvere queat Pastor moribundum suum usu carentem, si quicumque testis testetur, ipsum Confessionem petivisse?* R. affirmativè cum Joanne Sancio d. 44. n. 34. & c.

& communi aliorum, atque adeò sufficere, si vel puer tantum de dicta petitione testetur, quia plures testes, uti Glossa in cap. Is, qui per poenitentiam in infirmitate. 26. q. 6. ait, tunc potissimum requiruntur, quando de alterius detrimonto agitur, quod in hoc casu locum non habet. Nec oportebit testem talem necessarid Christianum esse, sed etiam Hæreticus vel Infidelis sufficit, cum de his præsumi non possit, quòd in hoc casu falsum dicturi sint, sed potius præsumendum esset, quòd, ne ministraretur Sacramentum, signa Poenitentia data silentio oppressuri essent.

Qu. 2. *An moribundum licitè absolvat, si testis in absentia infirmi testetur, eum petivisse Confessarium?* R. etiam si Diana d. 3. tr. 3. res. 7. cum pluribus à se citatis neget, licitè id fieri, rectius tamen facturum Pastorem, si etiam in tali casu absolvat, cum ex una parte pro se probatos Auctores, & inter hos etiam Laymannum l. 5. tr. 6. c. 3. n. 9. habeat; ex altera verò parte commodum moribundi non leviter promoveri possit.

Qu. 3. *An absolvere possit illum, qui nullum signum contritionis dedit, nec Confessarium petiit, sed solum Christianè vixit?* R. licet speculativè loquendo meritò, uti communior, ita & probabilior videri possit negativa sententia, in praxi tamen tutò non tantum sequi Pastorem posse affirmativam sententiam, sed juxta multos etiam debere; ita ut Vasquez to. 4. in 3. p. 9. n. 91. a. 2. du. 1. n. 58. & alij nolentem in tali casu absolvere, necatorem animarum vocare non vereantur, cum in necessarijs tutior pars amplectenda, & certiori periculo occurrendum sit; irreverentia verò Sacramenti per appositam conditionem caveri possit.

Qu. 4. *An etiam gravem peccatorem absolvere possit, si in similibus circumstantiis reperiat?* R. etiam hoc concessisse olim P. Simonem Felicem, idque pluribus argumentis probasse; speciatim autem per revelationes, ex quibus habetur, Christum se ejusmodi peccatoribus in agone summè amabilem exhibere, ut hoc tam amabili aspectu eos ad contritionem alliciat, sicque adhuc saltem illi salvari possint; an verò hæc sententia practicanda videatur, aliorum judicio delidendum relinquo.

Qu. 5. *An in tali casu absolutio cum conditione apposita datè*

dari debeat? R. etsi Vasquez & Joannes Sancius apud Dianam non putent, id necessarium esse, cum is, qui probabilem sententiam sequitur, possit absolute & licite actionem, quam licitam esse sententia illa concedit, exercere; quia nomen plerique alij Auctores conditionem apponi volunt, restituet faciet Pastor, si & ipse hanc communioem doctrinam in praxi sequatur.

Qu. 6. *An in articulo mortis ab omnibus Censuris & peccatis absolvi possit?* R. affirmative ex communi, cum in tali casu similis potestas omnibus etiam simplicibus Sacerdotibus concessa sit. Censentur autem in articulo mortis constituti, non tantum graviter infirmi, sed etiam alij, ut homines longam & periculosam navigationem auspicantes, Milites praelio vicini, omnes pregnantes mulieres parturic vicinæ, uti expressè Mendoza, Bellochius & alij apud Dianam p. 5. tr. 3. ref. 50. concedunt.

Qu. 7. *An tales statim primâ die infirmitatis gravi & periculi absolvi possint?* R. affirmative juxta Joannem Sancium, Laym. & alios apud & cum Diana p. 3. tr. 4. ref. 57. p. 5. tr. 3. ref. 69. cum tales revera jam censeantur in articulo vitæ, & ex consequenti etiam in articulo mortis constituti.

Qu. 8. *An, si moribundus restitutionem famæ vult per ipsum Pastorem suum facere, possit hic onus istud in se suscipere?* R. etsi Pastor omnibus modis laborare debeat, ut moribundus per se dictam restitutionem faciat, cum ita fieri debet, plerique Auctores doceant; si tamen difficulter is ad hoc persuaderi posse videatur, poterit in tali casu servare sententiam Joannis Baptistæ Pozæ apud Dianam, qui absolute concedit talem restitutionem famæ per Confessarium; uti & restitutionem bonorum per hæredes fieri posse. Quod si verò hæreat moribundus peccata sua, per quæ restitutionem contempsit, palam facere, saltem studeat, ut per schedam Pastoris aut Amico cuidam oblatam testetur, quod post mortem de bonis suis certam aliquam summam ad arbitrium Confessorij sui, aut alterius Amici distribuendam applicari velit.

Qu. 9. *An, si Pastor habeat Indulgentias, quæ moribundis applicari queant, possit eas etiam absenti, & non petenti applicare?* R. affirmative, cum id fieri posse doceant probati Auctores apud & cum Diana p. 5. tr. 3. ref. 134. neque aliter

ordinariè in Bullis ejusmodi Indulgentias concedentibus exigatur.

Dubia moralia.

De Viatico porrigendo.

Qu. 1. An pueris & puellis rationis usum habentibus Viaticum Pastor dare debeat? R. etsi Vasquez, Valent. Granad. & plures alij apud Dianam p. 5. tr. 13. ref. 50. Lugo d. 13. n. 37. putent, non esse dandum ante duodecimum ætatis annum, quia tamen, teste Lugone, Recentiores Theologi communiter contrarium docent, & juxta Layman. l. 5. tr. 4. c. 6. n. 13. generalis est regula Juris Canonici: cui pœnitentia conceditur, neque Viaticum debet negari: ideo rectius facturum Pastorem, si ob majus commodum & solatium ejusmodi pueris Viaticum præbeat, nisi consuetudo in contrarium obstet.

Qu. 2. An surdis & mutis à natiuitate Viaticum præbere debeat? R. affirmativè cum Layman l. 5. tr. 4. c. 4. n. 5. & aliis communiter, quia licet tales distinctè edoceri & intelligere omnia non possint, quæ ad substantiam Sacramentorum concurrunt, sufficit tamen, si ad Eucharistiam accedant tanquam ad cibum non profanum, sed spiritualement in animæ salutem divinitus institutum, id quod colligere possunt, si videant alios Sacram Hostiam cum magna reverentia ac devotione sumere.

Qu. 3. An Energumenis Viaticum præbere debeat? R. affirmativè, si absque periculo irreverentiæ communicare possint, uti plura Concilia generalia definiuerunt, teste Layman l. c. num. 6. & merito, quia, ut bene advertit Cassianus coll. 7. c. 30. magis inimicus insultabit obsesso, cum eum à cœlesti medicina viderit separatam, tantoque dirius & frequentius attentabit, quanto eum spirituali remedio longè seuteric abdicatum.

Qu. 4. An amensibus Viaticum porrigere debeat? R. affirmativè cum communi apud Dian. p. 2. tr. 14. ref. 78. & p. 5. tr. 3. ref. 46. dummodo non publicè constet, eos notoriè fuisse excommunicatos, aut notorios peccatores & signa pœnitentiæ interea non dedisse; idem etiam de phreueticis & epilepticis sentiendum, si non sit periculum, ne Hostiam Sacram

Sacram indignè tractent, id quod oblatione unius alterius Hostiæ non consecratæ probari potest.

Qu. 5. *An ebriis Viaticum dare debeat?* R. affirmativè cum P. Gobat Alph. com. cas. 13. n. 195. nisi constet ebrietatem fuisse voluntariam, quod quidem de ijs, qui consueverunt sæpius ingurgitare, præsumendum est, non item de alijs, quia in his locum habet Axioma, quòd quisvis censeri debet bonus, donec probetur esse malus; in illis axioma, quòd, qui semel est malus, semper præsumatur esse malus.

Qu. 6. *An, si quis manè sumptâ Eucharistiâ, post unam alterâve horam in vita periculum incidat, Viaticum Pauperi illi porrigere debeat?* R. affirmativè cum Hurtado, Tur. & pluribus alijs apud & cum Diana p. 5. tr. 3. ref. 33. qui docent, infirmum in tali casu non posse tantùm, sed teneri verum communicare. Unde pro hoc & similibus casibus servare potest generalis doctrina, quam P. Gobat in Alph. com. n. 183. his verbis proponit: Singulariter hisce (moribundis) consultum est, ut toties hâc cælesti annona ad æternitatis sortem se reficiant, quoties id faciendum esse pronuntiat aliqua probabilis sententia, esto, aliqua etiam alia probabilis negativè obligationem, dummodo non neget permissionem, & nisi id queat sine aliorum incommodo, singularitate odiosa, nam saltem in hoc articulo decet habere præ oculis duplicem illam regulam duorum Pontificum: In dubijs semitam debemus eligere tutiorem: & tene certum, dimitte incertum.

Qu. 7. *An debeat Viaticum dare sapius in eodem morbo, si poteratur?* R. etiam varij variè hac de Quæstione sentiunt, potest tamen Pastorem tutâ conscientiâ sequi opinionem Dicastrii & aliorum apud & cum P. Gobat l. c. n. 317. docentium, potest toties præberi, quoties petitur, unde & Pastor ex charitate saltem obligatur etiam ad illud conferendum.

Qu. 8. *An, si non possit Viaticum satis maturè ad agrum deferre; nisi currat, possit aut debeat hoc facere?* R. negativè quidem, hoc licitè fieri Bonac. Barbosam & alios apud P. Gobat Alph. com. n. 416. eò quòd talis cursus videatur deest Majestatem illius, qui gestatur; rectius tamen id permittitur ipso, & à Quintanaduena, si junctum non sit periculum lapsus, aut scandali; extra hunc casum verò det operam Pastor, ut observet, quod in Decretis Synodalibus Diocesis Angli-

stant quoad hoc punctum constitutum est, nimirum, ut dum Sacram Eucharistiam ad agrum portat, graviter & maturè incedat, composito ad pietatem vultu ac toto corpore Religionem præferente, superpelliceo item & stolâ decenter vestitus. Præterea mundo imposito velamine, Sacrum Domini Corpus ante pectus honestè ferat, referâtque lumine semper præcedente, & sonante tintinnabulo, ut per hunc sonum mentes Spectantium & audientium ad honorandam Christi præsentiam efficacius exstimulentur; unde ne, dum ad Ecclesiam redit, populus falsò existimet, Eucharistiam ab ipso portari, duas semper particulas secum ad infirmum deportet. Ut autem Fideles, & præsertim vicini euntem ac redeuntem religiosè comitentur, & pro infirmi salute DEUM deprecantur, eosdem sapius de Cathedra, vel, ubi alias occasio dabitur, admonebit.

Qu. 9. *An licitè equo vehi possit, dum Viaticum ad agrum deferri?* R. etsi vel maximè conveniat, in tali casu peditem incedere, quia tamen necessitas legem non habet, ideo si moribundus vel longius distet à Parochia, vel ratio tempestatis aut periculi aliud suadeat, poterit sine scrupulo equum conscendere.

Dubia moralia.

De Extrema Unctione.

Qu. 1. *An, si Pastor oleum benedictum non habeat, possit oleum non benedictum adhibere?* R. etsi id fieri posse Joannes Martinon apud Dian. p. 10. tr. 16. ref. 80. putet, & saltem ipsum Sacerdotem oleum hoc benedicere in tali casu posse, Ysambert. apud eundem, uti & Victor & Cajetanus apud Ferdinandum de Castro p. 4. tr. 26. pu. 2. n. 2. velint; quia tamen contraria sententia adeò est communis, ut Suarez priorem temerariam vocare non horreat, ideo non ausim illius praxin suadere Pastori, nisi fortè in extrema necessitate, quando scilicet moribundus non posset aliud Sacramentum suscipere.

Qu. 2. *An saltem Chrisma possit adhibere oleo benedicto deficiente?* R. affirmativè cum Suarez d. 40. s. 2. Henriquez & alijs, quia modica admixtio Balsami non mutat substantiam.

Qu. 3. *An, si videat oleum benedictum deficere, possit non*
Instructio IV. bene-

benedictum eidem miscere? R. affirmativè iterum cum communi Auctorum per ipsam praxin approbata, ut videtur et apud P. Gobat, qui ait, validam adhuc materiam esse, etiam in oleum benedictum plus de non benedicto fundatur, cui dignius ad se minus dignum trahat.

Qu. 4. *An, si ager sensu aliquo careat v. g. naso, Adhuc pars proxima inungi?* R. etsi id non esse absolutè necessarium P. Dicastill. tr. 7. d. 1. du. 3. n. 51. doceat, quia tamen multi Auctores ferè omnes apud Dian. p. 10. tr. 16. ref. 81. fieri debere contendunt, ideo melius faciet Pastor, si hanc communem sententiam & praxin sequatur, præcipue cum sine ullo suo incommodo, magno verò moribundi commendo facere id possit.

Qu. 5. *An in periculo sufficiat cuiuscunque partis v. g. frontis Unctio?* R. multos hoc negare, sed tamen affirmativam sententiam à tot tantisque Auctoribus (præcipue à Busebio, Escob. Becan. Barb. Arriag. & alijs) doceri, ut nullum esse scrupulum facere debeat, si secundum illam inungat moribundum; licet practicè vix fieri possit, ut non æque facilius aliquem saltem sensum inungere possit.

Qu. 6. *An in casu necessitatis liceat solum istam aut similes formam adhibere: per Unctionem indulgeat tibi DEVS?* R. cum Bonac. Con. Tann. Regin. & alij apud Gobat, licet contra multos, doceant, validè & licitè hanc formam in necessitate adhiberi, neque necessarium esse, ut particula Organum, quod ungitur, significans adhibeatur, eò quòd per illa verba, & ipsammet Unctionem factam in ea parte satis significetur sensus, ideo Pastorem sine scrupulo posse uti per hanc formam, si aliam adhibere non possit.

Qu. 7. *An Pueris septennium egressis hoc Sacramentum conferendum sit?* R. per se omnino conferendum esse, cum ex una parte sint capaces peccati, & ex consequenti etiam Pœnitentiæ & Unctionis hujus; ex altera verò parte nulla sit connexion aut ordo inter Evcharistiam & Unctionem quæ præcedit perceptionem; nec ad validam decentemque perceptionem major, sed potiùs minor dispositio requiratur, adeò, cum ad Sacramentum Pœnitentiæ admittantur, non appareat ratio, cur non pariter ad hoc Sacramentum admitti possint, & debeant. Dixi tamen *per se*; quia, si alicubi con-

suetudo contraria introducta est, nec sine scandalo omitti aut aboleri potest, tum rectè faciet Pastor, si dictæ consuetudini se accommodat.

Qu. 8. *An amentibus sit præbendum hoc Sacramentum?* R. affirmativè communis sententia, modò aliquando usum rationis habuerint, quia ut sic, sicut sunt capaces peccati, ita etiam effectus per hoc Sacramentum produci soliti; secus ajunt sentiendum de perpetuò amentibus, quia hi, cum sint peccati incapaces, nec Sacramenti hujus capaces erunt; sed si verum esset, quod ex peritissimo Medico ipse audivi, scilicet quòd per longam experientiam edocti sint, omnes etiam perpetuò amentes in fine vitæ rationis usum obtinere, non apparet, cur non & hi inungi possint, nisi fortè cum S. Thoma quis omnino negare vellet, ullum amentem, dum actu amens est, inungendum, quod mihi quidem longè etiam probabilius videtur, non quidem defectu peccati in ipso reperi, sed quia propter conditionem amentis vix prudenter præsumi potest, quòd per contritionem velut necessariam dispositionem se capacem facturus sit primarij effectus, qui est reliquias peccatorum tollere.

Qu. 9. *An, si dubium sit, an puer aut amens rationis usus sit praeclusus, aut morbus periculosus, hoc Sacramentum illis præbendum sit?* R. affirmativè cum Eschobar & Joanne Sancio, quia negotia, in quibus nihil omittendum timeretur, sed potiùs lucrum speratur, audacter tractanda sunt.

Qu. 10. *An ebriis sit administranda Extrema Unctio?* R. P. Gobat Alph. extrem. Unct. n. 832. & 892. nisi aliunde constet, homines tales ebriosos fuisse, & voluntariè se aliquoties inebriasse, perinde de illis discurrendum esse, sicut de amentibus Qu. 8. responsum est.

Qu. 11. *An senio confecti ungenti sint, si notabiliter deficere se sentiant?* R. omnino inungendos, uti Toletus & alij apud P. Gobat docent, ubi addit etiam Concilium Mediolanense 13. ita decrevisse, & meritò, cum secundum communem hominum æstimationem senectus morbo æquiparetur.

Qu. 12. *An ij, qui Phthisi laborant, hoc Sacramento inungendi sint?* R. cum experientia doceat, hujusmodi homines subito, ut senes extingui, ideo si advertant, se difficulter sa-

Q 2

ris

nas respirare, & periculum suffocationis timeant, rectè inungi, ut Quintanad. apud & cum P. Gobat l. c. sentit, ubi hic etiam addit, idem sentiendum de eo, qui est in periculo ob sanguinem, qui fisti vix videtur posse, ex naribus vel vulnere fluentem.

Qu. 13. *An, si pes aut manus alicui ob gangranam abscidendus est, licitè adhibeatur Unctio?* R. iterum affirmative Quintanad. apud & cum P. Gobat l. c. n. 839. quia, cum remedium tale sit valde vehemens, meritò timeri potest, ne deficiat secandus, atque adeò pro graviter infirmo haberi potest, ut quidem illi; sed quia experientia ordinaria ostendit, quomodo aegros rarò sub cura vel statim potest illam morbo aliunde nondum verè sint in morbo gravi, sed primum illi casuri timentur, ideo salvo talium virorum iudicio, melius fortè facturus videtur Pastor, si exitum remedij adhibiti exspectet, maximè cum simile periculum etiam extractione calculi & rupturæ timendum sit, nec tamen eiusmodi homines ante sectionem inungi soleant.

Qu. 14. *An Puerperis graves dolores partus patientibus Sacramentum hoc conferendum sit?* R. ad hanc Quæstionem respondere Quintanad. tr. 5. sing. 7. Ungenda est mulier, quando fœtus est extrahendus violenter, vel si proxima est partui, in quo ejus mors ob specialem rationem timeretur, vel ex dispositione parientis, vel quia aliàs experta est tali tempore periclitari, vel quòd eo anno omnes ferè in partu moriantur, quia tunc esse periculum docent Sylvester Navarra Alcozer apud Zambranum.

Qu. 15. *An, si quis graviter aeger aut vulneratus periculosè ad domum Parochialem veniat, atque inungi petat, Pastor eius petitioni satisfacere debeat?* R. affirmative cum Lobo & Vigers apud & cum P. Gobat Alph. unct. n. 854. cum nihil per se locus aut situs pro hoc Sacramento sit præscriptus.

Qu. 16. *An, qui in duello graviter vulneratus est, ungi debeat?* R. affirmative, modò post peractum duellum tantum superfuerit temporis, ut attritionem elicere poterit, quod quidem in dubio eum fecisse præsumendum est, uti notat Tamburinus c. 2. §. 4. Layman. l. 5. tr. 8. c. 5. n. 2. Cuius alij post D. Thomam discurrunt.

Qu. 17. *An Pastor, si probabiliter credat, se nocturnè ad mor-*

gendum agrum vocatum iri, possit S. Oleum secum in domum Parochialem deferre? R. affirmative Arriaga d. 54. f. 2. n. 17. contra Barbosam, cum utique melius sit tali modo asservari S. Oleum, quam sine eo moribundum decedere, unde P. Gobat n. 931. hanc doctrinam, etiam ad ipsam Evcharistiam extendit.

MEMBRUM XXII.

De Observandis tempore Pestis.

Qu. 1. Quid tempore pestis Pastor observare debeat? Resp. tria præstanda, quæ sequentibus versiculis indicantur.

Promptè præstet obsequium

Infirmo indigenti.

Antè paret remedium

Pro peste imminente.

Cautè intret periculum,

Et animo præsentis.

Qu. 2. Quid in specie ante pestem observandum est? Resp. sequentia curanda. Primò, ut bene discat, quomodo & in quibus casibus Sacramenta administrare debeat. Secundò, ut Parochianos salubribus doctrinis & cautelis pro Concione explicatis instruat, & præmuniat. Tertiò, ut sibi etiam de medijs tum spiritualibus, tum corporalibus provideat.

Qu. 3. Quid in peste observandum sit? Resp. primò, ut ad ægros non nisi refectus & medicamentis munitus accedat. Secundò, ut cautè cum ijsdem agat, non adeundo, nisi cum necessitas exigit, nec faciem ijs obvertendo, ne pestilentem halitum hauriat. Tertiò, ut non ultra necessitatem moretur, & si morari necesse sit, fenestrarum apertione & suffitùs excitatione præservare se studeat ab infectione, aut si fortè jam correptus sit, sudorifero haustu vel bolo vel alià medicinà pestem abigere nitatur.

Qu. 4. Quid post pestem observandum sit? Resp. primò, ut summas DEO gratias pro liberatione sua & suorum affectuosissimè persolvat. Secundò, ut animos defunctorum in peste quotidie DEO ferventer commendat. Tertiò, ut tum ipse res, domumque suam suffitu ex Juniperis excitato, aliisque similibus medijs purgari curet; tum verò etiam Parochianos ad omnia hæc tria facienda sedulò hortetur.

Dubia moralia.

Qu. 1. *An Pastor tempore pestis habeat potestatem in casibus reservatis & censuris absolvendi?* R. ex communi Doctórum apud Hauckium Epinom. Paroch. V. absolut. n. 11. affirmativè, quia habitantes in loco infecto censentur constituti in articulo mortis.

Qu. 2. *An ad tuendam vitam possit non audire integram confessionem, sed uno duntaxat alteròve peccato audito absolvere?* R. ita quidem sentire Vasquez qu. 91. a. 3. dis. 2. n. 2. & alios: verùm contrariam sententiam Hauck. l. c. n. 12. & aliorum magis communem, & praxi Ecclesiæ & zelorum Pastorum magis conformem esse, ut, qui ab alijs quidem quæstionibus non necessariis studiosè abstinent, ea tamen quæ ad integritatem formalem pertinent, non minùs sollicitè cognoscere student. Possent tamen Vasquezij sententiam extraordinaria peste servare, in qua scilicet omnis paulò longior mora periculosa esset.

Qu. 3. *An tempore Pestis teneatur cum periculo vita hæreticæ sacramentum ministrare?* R. cum Ferdinando de Castro p. 1. n. 5. per se quidem, si periculum vitare possit, obligari ad hoc ministrandum, cum secluso hoc periculo nullum habeat titulum excusationis; si tamen foret periculum morale contagionis, & æger jam Sacramento Pœnitentiæ & Eucharistiæ munitus esset, probabiliùs non obligari, maxime si evasimendum esset, ne ipso per pestem sublato reliqui Parochiani Pastore carerent.

Qu. 4. *An possit oblongâ virgâ uti ad agrum sacro Oleo unguendum?* R. affirmativè cum Ferdinando de Castro l. c. & communi aliorum, quia non apparet, cur applicatio olei per talem virgam facta non periade dicatur Unctio, acriminibus peracta foret.

M E M B R U M XXIII.

De Observandis erga Defunctos.

Qu. 1. *Quid circa hos præcipuè Pastor observare debeat?* R. duplicis generis officia illis præstanda, quorum priora ad corpus, posteriora ad animam spectant, & corporalia quidem officia sequentes versus indicant.

Ut funus certo tempore
In domo relinquatur.

Ut constituto ordine
Ad templum deferatur.

Ut loci sacri in limine
Ritè sepeliatur.

Spiritualia verò sequentes Versus indicant.

Creberrima recordatio

Propter gratia societatem.

Tenerrima commiseratio

Propter pœna acerbitatem.

Celerrima subventio

Propter auxilii necessitatem.

Qu. 2. Quid circa tempus observandum? Resp. primò, ut cadaver non præproperè nimis sepeliatur; nam, ut Manuale Parochorum p. 2. n. 4. ait, minùs humanum aut urbanum est, corpus exanime mox in sepulchrum proijci, aut humo tegi, & subinde periculosum. Novi ego puer hominem, qui ex vino adusto sæpius sumpto ita refrixerat, & impalluerat, ut pro mortuo sindoni insueretur, at cùm primùm acu se pungi sensit, corpus movere cœpit, & paulò pòst occlamare. Præterea quendam audi vi extremo supplicio affectum, cùm obtentâ sacrâ sepulturâ delatus esset ad locum, repentè se movisse, & aliquamdiu vixisse: ob hanc, opinor, rem, & cujusdam in mortuos pietatis causâ, alicubi per 24. horas, alibi per 12. defunctorum corpora loco honesto, & à Bestijs, quæ infestare possent, securo asservantur, cum cruce & lumine, nonnullis etiam orantibus. Excusare possunt has moras aliqua nonnunquam causæ, tu observabis tuo loco receptam consuetudinem, & cùm opus fuerit aliquâ maturatione, à prudentia consilium petas. Secundò, ut pro actuali sepultura tempus diurnum potiùs, quàm nocturnum eligatur, de quo sic iterum dictum Manuale loquitur: De nocte privatim sepelire quibusdam locis prohibent Episcopi, quibus tunc parandum est, nam publica sepultura ritus est Religionis Christianæ, & honor Christiani defuncti, & immortalitatis animæ publica confessio. Tertiò, ut etiam in diurno tempore eligendo ratio consuetudinis (quæ alicubi à prandio, alibi manè funera ad sepulturam deportare consuevit) & officio-

Q 4

rum

ram divinarum (ne scilicet hæc impediatur aut turbetur) habeatur, ubi notanda insuper Manualis doctrina: Ad diem & horam sepulturæ quod attinet, non video quid veter, etiam diebus Dominicis & Festis, imò ipso die Paschæ mortuos sepeliri, si ratio id exigat, neque propterea celebritas festi diei impediatur; die tamen Veneris sancto, si sepelias, abstinendum est à pulsu Campanæ, qui tunc est prohibitus.

Qu. 3. *Quid circa ritum & ordinem sepeliendi observandum?* Resp. primò, ut, quemadmodum bene Rituale Saluburgense monet, sacræ Cæremoniæ & Ritus, quibus ex antiquissima traditione, & summorum Pontificum instituta S. Mater Ecclesia in filiorum suorum exequijs uti solet, tanquam vera Religionis mysteria, Christianæque pietatis signa, & fidelium mortuorum saluberrima suffragia summo studio ferventur, atque usu retineantur, atque ex modestia ac devotione adhibeantur, ut ad defunctorum salutem, simulque ad pietatem vivorum, quemadmodum verè sunt, non ad quæstum ejusmodi ritus sancti instituti esse videantur, præcipue verò observandum, ut quemadmodum Rituale Romanum præcipit, corpora defunctorum ponantur in Ecclesia pedibus versus Altare, quod etiam pro situ & loco fiat in sepulchro, Presbyteri verò habeant caput versus Altare. Secundo, ut caveatur diligenter, ne novæ consuetudines in deducendo funere inducantur, multò etiam magis, ne quid, quod sapiat superstitionem, admittatur. Tertiò, ut, quod iterum Rituale Romanum meritò monet, de pretio pro funebri functione Pastor non paciscatur, aut tanquam debitum exigat pro suo libitu, sed ijs eleëmōsynis sit contentus, quas consuetudo aut Ordinarius concesserit. Igitur ita te geres, inquit iterum Manuale, rogatus mortuum nulla pretij mentione facta, absque molestia aut tergiversatione sepelies; si ij, qui sumptus facere debent, id, quod consuetudine vel litu Episcopi justum est, non offerant, exigere poteris per aliquot dies funeris; si negent, experire omnem aliam viam; si neque sic, age jure coram tribunali Episcopi; pauperes quibus mortuis nihil, aut tam parùm superest, ut propriis expensis humari non possint, gratis sepeliantur, ac debita limina, vel Pastor ipse suis expensis, vel certè aliqua pia confraternitas offerat, turpe enim est, neque satis Christianum,

pauperes mortuos nullo ritu sacro duci, aut projici in locum non sacrum, ut bene iterum ait Manuale.

Qu. 4. *Quid circa locum observandum sit?* R. primò, ut meminerit Pastor, prohibitum sub gravi culpa & pœna excommunicationis, ne Parochi aliquem inducant ad promittendum aut jurandum, se accepturum sepulturam in sua Ecclesia, aut, quam ante elegit, minimè mutaturum. Secundò, ut diligenter arceat à sepultura sacra, quos Ecclesia prohibet in loco sacro sepeliri, quales sunt inprimis omnes sine Baptismo fluminis vel flaminis mortui, Hæretici non tolerati, & eorum Fautores, Apostata à fide, Schismatici, publicè excommunicati aut nominatim interdicti, aut commorantes in loco interdicto. Item seipsos ob desperationem vel iracundiam occidentes, nisi ante mortem dederint signa Pœnitentiæ: morientes in loco duelli, licèt signa Pœnitentiæ dantes; manifesti peccatores sine contritione mortui: Item de quibus publicè constat, quòd absque legitimo impedimento confessionem annuam, vel Communionem Paschalem neglexerint. Tertiò, ut etiam circa alios, quos manifestè à loco sacro Ecclesia non arceat, cautè se gerat, & primò quidem ignotos non sepeliat, priusquam probabilia indicia habeat, quòd Catholici fuerint, & ut tales obierint: dein de si quis mactatus inveniatur, terræ prius non mandet, quàm Magistratus de facta cæde fuerit certior factus. Hoc enim ordo & ratio juris postulat. Denique, ut si quis jus sepulture in certo loco nactus fuerit, eo post mortem ne privetur, reliqui verò in Cœmeterio Parochialis Ecclesiæ, vel, ubi Decimas solverunt, vel, ubi sepulchra Majorum habent, sepeliantur.

Qu. 5. *Quomodo primum officium erga animas defunctorum exercere debeat Pastor, nempe crebram memoriam?* R. in tribus præcipuè occasionibus. Primò, in Sacrificio Missæ, quando specialem Defunctorum commemorationem facere jubetur; ibi enim specialiter recordari deberet clamoris, quo Anima quædam alicui, qui Sacrificiorum certum numerum promiserat, & illorum loco alia opera obtulerat, suam oblivionem, fideique datæ fractionem exprobravit dicens: Sanguinem, sanguinem posco. Secundò in Officij divini recitatione, ubi in fine cujuslibet ferè horæ meminisse

Q 5 fide-

fideliū, eisq̄ pacem & quietem apprecari iubetur. Tertiò sub transitu per Cœmeterium, ubi in memoriam revocare debet, quod aliquando duobus Religiosis per Cœmeterium transeuntibus, & nihil orantibus contigit, dum scilicet hanc vocem audire coacti sunt: Hi, qui præterierunt, non dixerunt: Requiescant in pace: eum ergo rediissent, & orationem dixissent: Ecce benediximus vobis, audierunt aliam vocem Dominus DEUS illuminavit vos; imaginetur ergo cuius sepulchro inscriptum, quod nonnemo suo inscribi iussit. Hic jaceo, & clamo ad te, ne transeas, ora pro me: *Ich / vnd schrey über sich / geh nit fürüber / bett für mich.*

Qu. 6. Quomodo secundum erga animas officium misericordie commiserationis prestare debeat? R. tribus modis. Primo *affectu*, ex animo scilicet condolendo animabus ob tantum ferum statum, illudque Davidis 2. Reg. 1. usurpando: *Domine Ileo super te, ô anima decora nimis, & amabilis super amorem mulierum.* Sicut Mater unicum amat filium, ita ego diligebam. Secundò *effectu*, id est, efficaci volumine impetrante varia obsequia, per quæ animæ tales ex suis partibus celeriter liberentur. Tertiò *profectu*, id est, conatu in deum majori, quo conetur hunc commiserationis affectum ampliore efficere, quod quidem haud difficulter obtinebitur, si gravitatem pœnarum purgatorii ex magnitudine pœnarum, sùs, damni, & diuturnitate illius conijcere studeat, memineritque, quod S. Thomas dixit, scilicet minimam pœnam purgatorii graviolem esse omnibus tribulationibus huius Mundi.

Qu. 7. Quomodo tertium officium, scilicet subventio erga animas exercendum sit? R. sequentibus mediis. Primo *per sacrificium Missæ*, ejus quidem efficaciam B. Joannes de Alvernia specialiter expertus est, dum post consecrationem Calicis vidit innumeras animas, ceu multitudinem scintillarum de ignita fornace prodeuntium egredi è purgatorio in cælum evolare; certè hic vel maximè verificatur, quod se quondam dixit Christus: *Ego, cum exaltatus fuero, traham ad me ipsum.* Secundò, *per Orationem frequentem*, ejus efficaciam Conradus de Aspide expertus est, dum unicam orationem Dominicam pro certa anima recitari audivit eandem mirè in suis pœnis fuisse recreatam & liberatam.

viatam ; magis autem Frater Henricus ex Ordine S. Domi-
nici, qui dum funus cuiusdā Franciscani comitabatur, anima
hujus ei apprensus dixit : Tu diligenter orare soles pro De-
functis, & ideo mecum 24. animæ cœlum ingressæ sunt, quas
tu liberasti. Tertiò, *psr operum oblationem*, id est, vel
omnem fructum satisfactorium ex illis sibi obvenientem, &
aliis speciali titulo non debitum liberaliter transferendo,
ut multi hodie cum magno suo fructu & solatio faciunt, vel
certè magnam ejusdem partem illis applicando; hic enim
tantò aptior est ad animas illas eximendas, quantò præstan-
tiora sunt Pastoris opera, quàm aliorum hominum suæ tan-
tùm saluti vacantium, id quod multiplicitate hæcenus experien-
tiâ comprobatum est.

Qu. 8. *Quare Pastor specialem Defunctorum curam gerere
debeat?* Resp. ob sequentes titulos. Primò, ob communem
titulum *fraterna Charitatis*; si enim, dum unum membrum
ab igne corripitur, mox alterum totis viribus eum extingue-
re nititur; si, dum Frater in vincula conijcitur, mox Fratres
& Cognati omnia media adhibent ad eum carcere eximen-
dum; si, ut S. Augustinus ait, dum cadit asinus, omnes eum
sublevare festinant, facilè apparet, tantò majori Charitate &
promptitudine animabus purgantibus esse subveniendum,
quantò præstantior est spiritualis fraternitas, quæ ex partici-
patione Sanguinis Christi, quàm quæ ex humano duntaxat
Sanguine oritur. Secundò, ob specialem titulum *Vocatio-
nis ad Sacerdotium*; cum enim per hanc vocationem sit Me-
diator inter DEUM & homines, atque etiam Advocatus mi-
serarum animarum constitutus, eumque in finem præstan-
tissimum medium ad placandum DEUM, scilicet potestatem
Sacrificij incruenti offerendi acceperit, facilè colligitur,
quòd ipse magis etiam, quàm alij non Sacerdotes ad auxi-
lium dictis animabus præstandis obligetur. Tertiò, ob spe-
cialem titulum *Pastoris*; ob hunc enim, cum obligetur ad
oves suas in cæleste ovile perducendas, meritò non in hac
duntaxat vita, sed etiam in altera singularem illarum curam
gerere debet, ne, ut olim P. Laynes suis dicebat, justa illis sit
causa, Charitatem Pastoris quasi imperfectam & mancam
accusandi, conquerendique, quòd medio in itinere, còque in
loco sint destitutæ, ubi nullam sibi ipsis opem queant afferre.

Dubia

Dubia moralia.

De Sepultura.

Qu. 1. *An possit Pastor impedire sepultura electionem in alia, quam Parochiali Ecclesia?* R. cum Barb. de off. Paroch. c. 16. n. 19. negativè, quia electio sepulturæ, quando à jure non prohibetur, est actus liberæ voluntatis, uti S. Rituum Congregatio non semel decidit, addens insuper posse defunctorum corpora, si Pastor requisitus interesse vel dare licentiam velit, etiam sine illius interventu & licentia sepeliri, modo quarta funeralis seu canonica portio propter mortem alicujus eidem debita persolvatur.

Qu. 2. *An possit quemlibet in Ecclesia sua Parochiali sepelire?* Resp. affirmativè cum Navarro apud Barbosam l. c. n. 1. hoc enim ex Clementina Dudum de sepultur. ei cõcessum est. Cavendum tamen, ne propè Altare sepeliatur, sed tribus ad minimum cubitis distet ab eo. Item ut in tumbis profundis infra terram recondatur.

Qu. 3. *An etiam ius sepultura concedere possit, ita ut aliqui suos mortuos sepelire, & alios ab eo loco impedire, & extendere possit?* Resp. cum Barbosa negativè; quia hæc facultas Episcopis tantum convenit, qui tamen ipsi etiam non possunt quocunque modo eam dare, sed tantum juxta constitutionem Pij V. in qua mandatur, ut cadavera infra terram in profundis tumbis collocentur.

Qu. 4. *An, qui ius habet patronatus in aliqua Ecclesia, hoc ipso ius etiam sepultura habere censendus sit?* Resp. negativè cum pluribus apud Barbosam l. c. n. 13. citatis, ubi ait etiam ex solo cursu decennali & cadaverum illatione tale jus non acquiri, sed ad hoc licentiam ædificandi ab initio sepulturæ cum ipsa ædificatione subsequuta requiri.

Qu. 5. *An, si aliquis in Ecclesia sepelitur, aut ius sepelendi accipit, aliquid pro hac concessione exigere queat?* Resp. negativè, si præcisè pro ipso jure exigatur, quia hoc modo manifestè Simonia committeretur; secus sentiendum est, si tantum Capella pro sepultura vendatur, aut præcisè pro circumstantia sitûs aut dignioris loci aliquid exigatur, tunc enim non venditur ipsum jus spirituale, sed tantum per modum Ele-

mosynæ ad reparationem Ecclesiæ aut sustentationem ministrorum, aut pro honore & præminetia datur, uti multi apud & cum Barbosa l. c. n. 16. docent.

Qu. 6. *An saltem Clericus, qui administrationem gessit Ecclesiæ, vel ex alio titulo ibi residere tenebatur, sepeliri in Ecclesiâ debeat?* Resp. affirmativè cum Barbosa & aliis apud ipsam citatis, quia jus sepulturæ multùm ab administratione Sacramentorum pendet, ut Stephanus Gratianus ibidem citatus docet.

Qu. 7. *An, si Religiosus in Parochia moriatur, & cadaver commodè ad Monasterium deportari non potest, debeat à Pastore illius Ecclesiæ sepeliri?* Resp. affirmativè, quia in tali casu reputandus est pro peregrino, atque adeò, sicut alij ejusmodi homines sepeliri debent; quamvis consuetudo ferè nunc habeat, ut si fieri commodè possit, intra Ecclesiâ sepeliantur.

Qu. 8. *An, si aliquis in puteo suffocatus, vel à laqueo suspensus reperitur, in loco sacro sepeliri debeat?* Resp. cum multis apud Barbosam affirmativè; quia, ubi non constat, quòd se ipsum occiderit, vel præcipitaverit, non præsumendum est delictum, cum potuerit per insidias aut vim in puteum projici vel suspendi, aut ex furore seu mentis alienatione id facere. Meo tamen judicio, si commodè fieri posset, rectius faceret Pastor, si, ubi circumstantia aliqua, quæ suspicionem parere potest, voluntariæ cædis intervenerit, negotium hoc ad Episcopum deferat, ab eoque decisionem expectet.

MEMBRUM XXIV.

De Observandis erga Domesticos.

Qu. 1. *Quid erga hos observare debeat Pastor?* Resp. tria, quæ sequentes indicant versiculi.

Impera discretè negotium

Propter infirmitatem.

Exige mansuetè supplicium

Propter Charitatem.

Redde fideliter præmium

Propter æquitatem.

Qu. 2. *Quid circa imperium ulterius observandum sit?* Resp. hæc præcipuè. Primò, ut vires eorum bene consideret; ita

S. Basili-

S. Basilius Constitut. monast. c. 32. indicavit his verbis: At-
tistes perinde ut verus & legitimus Pater, æquè in cunctis
benevolus vires corporis cujusque considerare, atque ita me-
nera singulis imponere, ac distribuere sortitò debet. Se-
cundò, ut ita attemperet imperium viribus, ut minus sem-
per, quàm ferre possint, imponat: nam, ut sapienter P. Hugo
Roth in via regia advertit, mortalium vires ut plurimum do-
biles fervoris & laboris excessu franguntur, exiliam conti-
nuatione roborantur; & verò si Apostolus subditos hortatur,
ut Superioribus obediant, sicque illis levius onus faciant, ut
cum gaudio & non gementes portent; quidni Superior quo-
que moderatè imperet, ut subditi cum gaudio & non ge-
mentes imperata exequantur? Tertiò, ut cum suavitate poti-
tius, quàm cum severitate & supercilio mandata imponat
ita S. Gregorius Nazianzenus Orat. 1. hortatur: *Præfatus
non per vim coercet, sed suasionem illiciat; nam quod necessitate
extorquetur, præterquam quod tyrannicum est, & impro-
bandum, ne firmum quidem ac stabile sit; quicquid enim violen-
ter cogitur, non secus ac planta per vim manibus inflexa atque
distracta, simul ut missum factum est, rursus ad se redire con-
suevit.*

Qu. 3. Quid circa castigationem vel correctionem observa-
tum sit? R. sequentia præcipuè cavenda. Primò, ut carere
præcipitiam, nec unquam alicujus subditi correctionem
suscipiat, donec certam de commisso errore vel delicto no-
ticiam habeat; nunquam enim infelicior est curatio, quam
cum Medicus mali incogniti curationem suscipit. Secundò,
ut & asperitatem caveat; nam, ut S. Prosper l. 2. de vit. cont.
c. 2. bene advertit, leniter castigatus exhibet reverentiam
castiganti, asperitate autem nimia & increpatione offensus,
neque increpationem suscipit, neque salutem; quem in-
nem pulcherrimum S. Augustini tr. 7. in Ep. 1. Jo. 1. moni-
tum altè menti infigi debet: *Semel breve tibi præceptum præ-
cipitur: Dilige, & fac quod vis: sive taceas, dilectione taceas,
sive clames, dilectione clames: sive emendes, dilectione emen-
des: sive parcas, dilectione parcas, radix sit inus dilectionis,
non potest de ista radice non bonum existere.* Tertiò, ut spe-
cialiter frequentiam seu assiduitatem caveat, nam testis
Bernardo Ep. 25. *Censura nunquam quidem remissa,*

missa tamen plerumque plus proficit; sed & Cicero agnovit, non modò liberale esse paululum de jure suo cedere, sed interdum etiam fructuosum.

Qu. 4. Quid circa pramiationem observandum sit? Resp. sequentia tria. Primò, ut agnoscat, & æstimet, & nonnunquam etiam moderatè collaudet subditorum diligentiam atque conatum; sic enim & Christus fecit, dum ad Apostolos suos Luc. 22. dixit: Vos estis, qui permansistis mecum in tentationibus meis, & Ego dispono vobis, sicut disposuit mihi Pater meus Regnum. Secundò, ut victum necessarium liberaliter offerat; si enim bovi trituranti olim os alligari vetuit DEUS, quantò magis Homini & Fratri necessarium victum subministrari volet; certè hìc vel maximè locum habebit illud S. Lucæ: Quà mensurâ mensi fueritis, eadem remetietur vobis; & qui parcè seminat victum, parcè & diligentiam & fidelitatem Famulorum metet. Tertiò, ut non modò salarium liberaliter, sed etiam fideliter & maturè offerat, cùmque in finem illam S. Tobix c. 4. saluberrimâ doctrinâ sibi applicet: Quicumque tibi operatus aliquid fuerit, statim ei mercedem tribue, & merces mercenarii tui apud te omnino non remaneat; dignus est enim Operarius mercede sua. 1. Tit. 5.

MEMORIALE

PASTORIS BONI
MUNUS BREVI, FACILIQUE
METHODO COMPRE-
HENDENS.

Hactenus paulò fusiùs ea, quæ ad bonum, omnibùsque Numeris absolutum Pastorem requiri videbantur, explicare conatus sum; quia tamen non parùm ad ejusmodi doctrinas firmiùs memoriæ imprimendas conducit, si portiora earundem capita in Compendium contrahantur, totâque materia sub uno quasi aspectu proponatur, ideo ne hoc quoque subsidio defraudarem Pastores, hoc Memoriale Appendicis loco subungere volui, id unum vehementer desiderans, ut, quicumque Pastoris munus suscipere decreverunt, Memoriale hoc velut absolutissimam Pastoris boni Ideam frequenter &

ter & accuratè inspiciant, illàque DEI ad Moysen Exod. 31.
verba sibi quoque dicta persuadeant: *Aspice, & fac secundum
exemplar, quod tibi monstratum est.*

§. I.

De Fine & Instrumentis Pastoris.

FINIS.

DEI honorem quærere,
Vt magis dilatetur. a.
Seipsum non negligere,
Vt anima salvetur. b.
Et Proximum perficere,
Vt Charitas seruetur. c.

a. Nam de Pastore quoque dicit DEUS. *Quoniam
electionis est mihi iste, ut portet nomen meum coram Gentibus
Regibus, & Filiis Israël, Act. 9.* *b.* *Quid enim prodest homini
si uniuersum mundum lucretur, anima uero sua detrimentum
patiatur? Matth. 16.* *c.* Hinc quippe oritur summa digni-
tas Pastoris; cùm, teste D. Dionysio de cæl. Hier. c. 3. *Omnia
diuinorum diuinissimum sit, cooperari DEO in salutem ani-
marum.*

Instrumenta Pastoris.

Sufficiens Scientia
Ad munus adimplendum. a.
Major longè prudentia
Ad reuè procedendum. b.
Et summa Sanctimonia. *c.*
Ad fructum faciendum. d.

a. Ne audiat illud Osee c. 4. *Tu repulisti scientiam: ego
repellam te, ne Sacerdotio fungaris mihi.* *b.* Juxta illud
Christi, Matth. 10. *Ecce ego mitto uos sicut oves in medio
luporum, Estote ergo prudentes sicut serpentes.* *c.* Ut impleat
illud DEI monitum: *Sancti estote, quia ego sanctus sum Do-
minus DEVS uester, Levit. 19.* *d.* Sic enim uelut palmarum
jungitur cum Christo uelut Vite, & sperare potest imple-
iri, quod idem Christus dixit: *Qui manet in me, & ego in
e, hic facit fructum multum, Joan. 15.*

S. II.

Observanda erga superiores Personas.

ERGA DEVM.

Fides viva. a.

Ob summam veritatem.

Spes firma. b.

Ob summam fidelitatem.

Charitas tenerrima. c.

Ob summam bonitatem.

a. Quâ vivaciter credat DEUM, qui est *Via, Veritas, & Vita*, Joan. 14. non nisi verissima revelantem, omnia bone eminentissimo modo continentem (juxta illud Moyſi dictum: *Ego ostendam omne bonum tibi.* Exod. 33.) ubique & in omnibus existentem (*in ipſo enim vivimus, movemur, & sumus* Act. 17.) ut studeat ambulare coram DEO, memineritque semper illius dicti Christi: *Quamdiu fecistis uni ex minimis meis, mihi fecistis.* Matth. 25. b. Quâ firmiter speret, copiosum gratiæ auxilium, felicem operum successum, & copiosum laborum præmium. c. Agendo & patiendo, quæ vult DEUS, quomodo vult, & quia vult juxta notû distichon: *Omne tulit punctum, patitur qui semper, agitque, Quæ vult, quòvis modo vult DEVS, & quia vult.* Domine, doce me (semper) facere voluntatem tuam. Psal. 142.

Erga Christum.

Charitas tenerrima

Propter Redemptionem. a.

Gratitudo maxima

Propter vocationem. b.

Imitatio studiosissima

Propter perfectionem. c.

a. Hoc enim beneficium, teste S. Bernardo, *Amorem nostrum omnino sibi vendicat, devotionem nostram blandius alligat, insidius exigit, arctius stringit, & vehementius afficit.* Quam præstabit, si Christum sibi dicentem imaginetur, & exaudiat: *Obsecro vos ego vincens in Domino* (imò & Instructio IV. R. nos-

mortuus pro vobis) ut dignè ambuletis vocatione, quã vobis
 ostis. Eph. c. 4. Satagentes, ut per bona opera certam vestram
 vocationem & electionem faciatis. 2. Petr. 1. c. Ideo, tunc
 exemplum dedit nobis, ut, quemadmodum ipse fecit, ita
 nos faciamus. Ioan. 13.

Erga B. Virginem.

Constans veneratio

Ob meritorum excellentiam. a.

Crebra invocatio

Ob Patrocinij potentiam. b.

Studiofa imitatio

Ob Virtutum prestantiam. c.

a. Quam breviter indicavit S. Anselmus de Concep-
 Virg. dum ait: Nihil tibi, Domina, aequale, nihil comparabile;
 omne enim, quod est, aut supra te est, aut infra te. Super-
 te solus DEVS est; infra te omne, quod DEVS non est. b. Nihil
 enim, teste S. Bernardo l. 2. in Dom. 2. post Epiph. sic potest
 potestatis eius, vel pietatis magnitudinem commendare, nisi
 forte aut non creditur DEI Filius honorare Matrem, aut
 bitare quis potest omnino in affectum Charitatis transire
 MARIE viscera, in quibus ipsa, qua ex DEO est, Charitas
 novem mensibus corporaliter requievit. Modicum ergo
 inquit ulterius idem Sanctus l. de aquæductu, quod est
 desideras, gratiosissimis illis, & omni acceptione dignis
 MARIE manibus offerendum tradere cura, si non vult
 nere repulsam; habet enim Homo, ut Arnoldus Carnotensis
 Laudibus Virg. loquitur, Mediatorem causa sua Filium ante
 Patrem, & ante Filium Matrem. Christus Patri ostendit
 tus & Vulnera: MARIA Christo peccus & ubera; nec potest
 ullo modo esse repulsa, ubi concurrunt & orant omni lingua
 ferius hac clementia monumenta, & Charitatis insignia
 c. Sic enim impetratio facilius efficitur juxta illud S. Bernar-
 di tom. 2. super missus, ut impetres Orationis eius suffragium
 non deseruas conversationis eius exemplum. Et ipse etiam
 tus gravior redditur juxta S. Hieronymi l. de Assumpt. senten-
 tiam: Igitur, dilectissimi, amate MARIAM, quam colitis;
 litis; colite, quam amatis; quia tunc verè colitis, & amatis
 imitari velitis ex corde, quam amatis.

Erga reliquos calites.

Magna reverentia,

Ob venerandam presentiam. a.

Firma fiducia,

Ob fidelem custodiam. b.

Constans devotio,

Ob amicam benevolentiam. c.

a. Juxta S. Bernardi monitum in l. super Ps. 90. In omni angulo Angelo tuo (ceterisque Patronis) reverentiam habes, nec audeas illo presente, quod me presente facere non auderis. b. Quid enim, ut idem Sanctus ait l. c. sub tantis Custodibus timeamus? Fideles sunt; prudentes sunt, potentes sunt. c. Quae omnes actiones, & ad eorum post DEI & B. V. gloriam ac honorem dirigantur; & juxta exemplum ad iis datum perficiantur, nam Sanctorum est cultus pulcherrimus optima vita.

Erga Ecclesiam.

Insignis Honoratio

Per Vita sanctitatem. a.

Filialis subjectio

Per Officii fidelitatem. b.

Fortis propugnatio

Per doctrina potestatem. c.

a. Juxta illud Tobiae c. 4. Honorem habebis Matritua in omnibus diebus vita tua. b. Conformiter illi monito: Esto fidelis usque ad mortem, & dabo tibi coronam vita. Apoc. 2. c. Scientes, quoniam in defensionem Evangelij posui sumus. Phillip. c. 1.

Erga Episcopos, aliosque Superiores.

Summa reverentia,

Quia DEI Vicarij. a.

Charitas ingenua,

Quia Patres piissimi. b.

Obedientia promptissima,

Quia Pastores optimi. c.

a. Juxta illud Luc. 10. Qui vos spernit, me spernit. b. Nam in Christo IESU per Evangelium illi nos genuerunt. 1.

R 2

COR.

Cor. 4. c. Hortante S. Paulo c. 13. Hebr. Obedite Praepositis vestris, & subiaccete eis; ipsi enim pervigilant, quasi rationem pro animabus vestris reddituri, ut cum gaudio hoc faciant, & non gementes.

Erga Magnates.

Honoris iusti oblatio

Propter Status eminentiam. a.

Favoris conservatio

Propter virium potentiam. b.

Locutionis cautio

Propter periculi praesentiam. c.

a. Juxta illud D. Petri 1. c. 2. *DEVM timete, Regem honorificate.* b. Nam, ut sapienter quidam monuit, ad Magnates velut ad ignem, nec propinquè nimis accedendum, ne nimirum accendamus & elevemur inconstantibus favoribus; nec procul nimis discedendum, ne frigeamus defectu beneficiorum ab ipsis conferendorum. c. Hinc ipse DEUS monuit Exod. 22. *Principi Populi tui non maledices.*

§. III.

Observanda erga Aequales.

ERGA RELIGIOSOS.

Condigna aestimatio

Ob Status perfectionem. a.

Benevola admissio

Ad laborum communionem. b.

Amica gratulatio

Ob privilegiorum possessionem. c.

a. Nam Religiosus Status, teste S. Climaco gr. 1. est *Ordo & Status Angelicus in corpore materiali ac sordido consummatus; in quo, juxta S. Bernardum f. de altit. & bass. cordis, esse Angelica conversatio in corpore, in corde prophetica expectatio, in utroque Apostolica perfectio.* b. Juxta Apostolorum exemplum annuentium fociis, qui erant in alia navibus venirent, & adjuvarent eos. Luc. 5. c. Utpote, quæ & participare possint juxta illud S. Augustini: *Congaudere*

Memoriale Pastoris boni.

257

DEVS (& Pontifex) aliquam gratiam dedis, & in illo potes, quod in te non potes,

Erga alios Sacerdotes.

Concordia in affectu

Propter vinculum Fraternitatis. a.

Reverentia in Colloquio

Propter meritum dignitatis. b.

Promptitudo in obsequio

Propter titulum aequalitatis. c.

a. Ut, sicut olim primorum Christianorum, ita nunc Sacerdotum sit cor unum, & anima una. Act. c. 4. b. Juxta Ecclesiastici c. 6. monitum: In multitudine Presbyterorum prudentium sibi, & Sapientia illorum ex corde coniungere, ut omnem Sapientiam DEI possis audire. c. Quod enim vultis, ut faciant vobis homines, & vos facite illis. Matth. 7.

Erga Benefactores.

Beneficii agnitio

Per dignam estimationem. a.

Gratiarum actio

Per crebram predicationem. b.

Vicissitudinis exhibitio

Per obsequiorum delationem. c.

a. Nam optima beneficiorum custos est ipsa memoria beneficiorum, & perpetua confessio gratiarum, juxta S. Chrysoft. Hom. 25. in Matth. b. Invitat quippe ad magna, qui gratanter suscipit modica, & spem de futuris recipit, qui transacta beneficia recognoscit. Cal. Ep. 4. c. Imitari enim agros fertiles nos oportet, qui multo plus reddunt, quam acceperint. Seneca in Epist.

Erga Inimicos.

Injuriae condonatio

Per divinam dilectionem. a.

Orationis oblatio

Per ignorantia pretensionem. b.

Amoris conciliatio

Per beneficiorum collationem. c.

R 3

a. Ut

a. Ut impleatur Christi mandatum Matth. 5. datum: *Diligite inimicos vestros, & benefacite his, qui oderunt vos, & orate pro persequentibus & calumniantibus vos, ut sicut Filius Patris vestri, qui in caelis est.* b. Dicendo cum Christo: *Pater dimitte illis, non enim sciunt, quid faciunt.* Luc. 23. c. Hoc tante Apostolo Rom. 2. *Si esurierit inimicus tuus, eum illi non sisitit, potum da illi; hoc enim faciens carbonem ignis congeris super caput eius.*

Erga Vicinos, aliosque non subiectos.

Pacis conservatio

Propter communem consolationem. a.

Jurium conservatio

Propter Iustitia defensionem. b.

Auxilij oblatio

Propter amoris obligationem. c.

a. Ut monet Apostolus Rom. 17. *Quod ex vobis est, cum omnibus hominibus pacem habentes.* b. *Qui enim sequitur Iustitiam & misericordiam, inveniet & vitam, Iustitiam & gratiam.* Prov. 21. c. *Nam quâ mensurâ mensi fueritis, talem remetietur vobis.* Luc. 6.

Erga Infantes.

Matrum tollat malitiam, a.

Ut rectè generentur.

Omnem gerat industriam, b.

Ut ritè baptizentur.

Gravem fuget socordiam, c.

Ut sanctè educentur.

a. Quâ metu prolis multiplicandæ aut aliâ ex causâ impediunt generationem. b. Quid enim magis congruum Pastori, quàm ut oves sibi commissas per januam Baptisti in Ovile Ecclesiæ introducat? c. Ne Parentes aut Tutores illam S. Pauli 1. Tim. 5. reprehensionem incurrant: *Si quis autem suorum, & maxime Domesticorum curam non habet, fidem negavit, & est infideli deterior.*

Erga Juventutem.

Hanc tempestivè admone,

Ut citò confirmetur. a.

Memoriale Pastoris boni.

Parentum curam acue,

Vt piè educetur. b.

Omnem conatum adhibe,

Vt rectè informetur. c.

a. Nam, ut S. Petrus Damiani l. 1. de dedic. Eccles. ait, *Decretales Pagina, & sanctorum Patrum instituta decernunt, non esse differendam post Baptismum huius Sacramenti virtutem, ne nos inermes inveniatur fraudulentus ille Contortor, à quo nemo unquam nocendi inducias extorsit.* b. Juxta monitum Siracidis Eccl. 25. *Filij tibi sunt? erudi illos, & curva illos à pueritia illorum.* c. Ut scilicet cum Christo proficiat ætate, Sapientiâ, & gratiâ apud DEUM & Homines; nam *Adolescens iuxta Viam suam etiam, cum senuerit, non recedet ab ea,* teste Salomone Prov. 25.

Erga Famulos & Ancillas,

His suadeat,

Ut servent in Officiis

Mentis tranquillitatem. a.

Ut præsent in servitiis

Magnam fidelitatem. b.

Ut colant in imperiis

Herorum potestatem. c.

a. Juxta Siracidis consilium Eccl. 2. *Confide in DEO, & mane in loco tuo: facile est enim in oculis DEI subito honestare pauperem.* b. Sicut Apostolus Eph. 6. monuit dicens: *Servi obedite Dominis carnalibus cum timore & tremore, in simplicitate cordis vestri, sicut Christo, non ad oculum servientes, quasi Hominibus placentes, sed ut servi Christi facientes voluntatem DEI ex animo, cum bona voluntate servientes, sicut Domino, & non Hominibus, scientes, quòd unusquisque, quòdcunque fecerit bonum, hoc recipiet à Domino.* c. Nam, ut S. Paulus Rom. ait, *non est potestas, nisi à DEO, Quæ autem sunt potestates, à DEO ordinatae sunt. Itaque qui resistit potestati, DEI ordinationi resistit.*

Erga Sponfos.

Hos moneat,

R 4

Ut

Ut contrahant legitime a.

Ad damnum evitandum.

Ut fidem servent integre b.

Ad crimen declinandum.

Ut copulentur licite c.

Ad DEVM honorandum.

a. Juxta Raphaëlis Consilium Tob. 6. Accipies Virginitatem cum timore DEI, amore Filiorum magis, quam libidine ducis ut in semine Abrahæ benedictionem consequaris. b. Ut Tobias monuit Filium c. 4. dicens: Attende tibi, Fili mi, & præter Vxorem tuam nunquam patiaris crimen scire. Adeß enim ut S. Ambrosius l. de Abrah. c. 2. loquitur, Præsul Coniugii DEVS, quem nihil laet, nullus evadet. Ille gravissimam iniuriam inopis, contumeliam Mariti imprudentis, maritus enim iniuria Authorem, quam Custodem thalami spreverunt non considerasse. c. Qui enim Coniugium ita suscipiunt, ut DEVM à se, & mente sua excludant, & sua libidinis concitent, sicut equus & mulus, quibus non est intellectus, habet præsertatim dæmonium super eos. Tob. 6.

Erga Conjugatos.

Hos excitet.

Ut inter se concordiam

Arctissimam conservent. a.

Cum Vicinis discordiam

Vel minimam devitent. b.

Suorum conscientiam

Innoxiam procurant. c.

a. Quia Concordiâ res parvæ crescunt, discordiâ maxime dilabuntur, juxta commune adagium. b. Quia omnis Civitas vel Domus divisa contra se non stabit, teste Christus Matth. 12. c. Id quod solida instructione, larga sustentatione, & discreta correctione obtinebunt.

Erga Mulieres in genere.

Rarissima aspectio

Propter castissima conservacionem. a.

Memoriale Pastoris boni.

261

Brevissima colloquutio

Propter publicam adificationem. b.

Cautissima conversatio

Propter lapsus devitationem. c.

a. Memento, quoniam malus est oculus nequam. Eccl. c. 1. Et quod, qui annuit oculo, dabit dolorem. b. Quia per levia verba venit ad pessima facta, ut sapienter dixit Trithemius. c. Quia nec Davide sanctior, nec Samsone fortior, nec Salomone sapientior est. S. Hieron.

Erga Pauperes & Miseros.

Suavis allocutio

Ad prabendam consolationem. a.

Christiana compassio

Ad demonstrandam dilectionem. b.

Amorosa subventio

Ad faciendam sublevationem. c.

a. Si enim lingua gratiosa Eucharis in bono homine abundat, juxta Ecclesiasticum c. 6. quidni multò magis in Sacerdote? b. Quia, teste S. Gregorio in Moral. plus est compati ex corde, quam dare, quia quisquis indigenti perfectè compatitur, minus aestimat omne, quod dat; exteriora largiens, quod est extra seipsum, dat; qui autem fletum & compassionem proximo tribuit, ei etiam aliquid de semetipso tradit. c. Sequens S. Tobie consilium; Quomodo potueris, esto misericors. Si multum tibi fuerit, abundanter tribue: si exiguum tibi fuerit, etiam exiguum libenter impertiri stude. c. 4.

Erga Hospites.

Benevola exceptio

Propter hospitalitatem. a.

Liberalis tractatio

Propter charitatem. b.

Jucunda conversatio

Propter hilaritatem. c.

a. Juxta illud Apostoli Hebr. 13. Charitas fraternitatis maneat in vobis, & hospitalitatem nolite oblivisci. b. Ut audire quondam cum solatio mereatur: Hospes eram, & collegi su me. Matth. 25. c. Hortante Ecclesiastico c. 35. In omni

R 5

dato

datò hilarem fac vultum; hilarem quippe datorem non DEUM tantùm, sed & homines diligunt.

Erga Hæreticos.

Affidua Oratio,

Vt vera lux luceat. a.

Manfueta conversatio,

Vt durum cor mollescat. b.

Percauta disputatio,

Vt Fides non vilescat. c.

a. Quia nemo venit ad Christum, nisi Pater cælestis miserit eum. Jo. 6. *b.* Juxta consilium S. Pauli Galat. 6. *Fratres, si praoccupatus fuerit homo in aliquo delicto* (quale utique vel maximè est Hæresis) *vos, qui Spirituales estis, quomodo instruite in Spiritu lenitatis.* *c.* Quia, teste S. Gregorio l. 5. mor. c. 11. *miscant recta peruersis, ut ostendendo bona Auditorores ad sepeverabant, & exhibendo mala latentis peccata corrumpant.*

Erga Defunctos.

Creberrima recordatio

Propter gratia societatem. a.

Tenerrima commiseratio

Propter pœna acerbitatem. b.

Celerrima subventio

Propter auxiliij necessitatem. c.

a. Hinc ad Sacerdotes præcipuè clamant! *Miseremini mei, miseremini mei, saltem vos amici mei, quia manus Domini tetigit me.* Job. 19. *b.* Quia, teste S. Augustino in Psal. 37. *ignis ille, etsi non sit æternus, miro tamen modo gravis est, luperatque omnem pœnam, quam homo unquam passus est in hac vita, vel pati potest.* *c.* Si enim, dum cadit Atrox, omnes eum sublevare festinant: & dum porcus cadit, omnes alii porci accurrunt, an non, dum clamat inter tormenta Fidelis, celerius subveniendum erit? S. August. l. 44. ad FF. in Brevo.

§. IV.

Observanda erga Inferiores.

ERGA

ERGA PAROCHIANOS.

Amor universalis

Propter causa similitudinem. a.

Zelus prudens

Propter officii amplitudinem. b.

Vita exemplaris c.

Propter suasionis aptitudinem. d.

a. Juxta illud S. Jacobi c. 2. Nolite in Personarum acceptione habere fidem Domini nostri IESU Christi gloria. b. Quia Sacerdos est fidelis ille servus & prudens, quem Dominus super familiam suam constituit. Matth. 24. c. Ut ad imitationem Magistri sui incipiat facere & docere. d. Quia illa vox libentius Auditorum corda penetrat, quam dicentis vita commendat, quia, quod loquendo imperat, ostendendo adiuvat, ut fiat. Ut bene S. Gregor. in Pastor. p. 2. c. 3. dixit.

Erga Domesticos.

Impera discretè negotium

Propter infirmitatem. a.

Exige mansuetè supplicium

Propter charitatem. b.

Redde fideliter primum

Propter aequitatem. c.

a. Quia, ut sapienter quidam dixit, mortalium vires ut plurimum debiles fervoris & laboris excessu franguntur, exilium continuatione roborantur. b. Nam, ut S. Prosper l. 2. de vit. contempl. ait, Leviter castigatus exhibet reverentiam castiganti, asperitate autem & increpatione nimia offensus, neque increpationem recipit, nec salutem. c. Quia dignus est Operarius mercede sua. 1. Tit. 5.

§. V.

Observanda erga seipsum.

Erga suam Personam.

Cura Oeconomiae sobria

Propter maiorem adificationem. a.

Cura

Cura corporis moderata

Propter faciliorem operationem. b.

Cura animæ præcipua

Propter potiorem æstimationem. c.

a. Quia, ut rectè Petrus Bleffensis ait, *Vacuum à Secularibus oportet esse animum divina servitutis obsequio deditum. Magnis addictus es, noli minimis occupari; minima vilia sunt, quacunque ad seculi questus, & non ad lucra pertinent animarum.* b. Unde S. Hieronymus bene monet: *ex vilissimis etiam cibus vitanda est satietas; nihil enim ita detrahit animum, ut venter plenus & exarsuans.* c. Si enim animam negligamus, nec corpus salvare poterimus, inquit rectè S. Chrysostomus. *Qui ergo ordinem servat, & quod primum est, colit, etiamsi negligat, quod secundum est, per primum salutem salvabitur & secundum.*

Erga Vocationem.

Magna æstimatio

Propter dignitatis eminentiam. a.

Perfecta cognitio

Propter muneris exigentiam. b.

Studiosa executio

Propter præmii excellentiam. c.

a. Quam clarè sequenti sententia Cassiodorus in Cælo mundi expressit: *Sacerdos DEI, si altitudinem cali contempseris; alior es: si pulchritudinem Solis & Luna; pulchritudinem discretionem Angelorum, discretior es: si omnium Dominorum sublimitatem, sublimior es: solo Creatore tuo inferior es.* b. Si enim, ut S. Leo loquitur, *in aliis vis tolerabilis videtur ignorantia (eorum, quæ ad officium pertinent) quomodo excusari poterit in eo, qui se Magistrum infantium, & Doctorem sapientium profiteretur? ignorans utique ignorabitur, imò & multos ignorare faciet, & ignorari.* c. Ne audiat, quod multis ignavus Alexandri nomen gerens à Rege Alexandro audiri debuit: *Aut nomen Alexandri deponere, aut Alexandro dignum gerere.*

Erga Media.

Studium Orationis avidissimum

Ad obtinendam gratiam. a.

Memoriale Pastoris boni.

265

Studium mortificationis continuum

Ad purificandam conscientiam. b.

Studium humilitatis necessarium

Ad cavendam vanam gloriam. c.

a. Nam ut bene S. Augustinus Hom. 40. ait: *Rectè novit vivere, qui rectè novit orare. b. Qui enim Christi sunt, carnem suam crucifixerunt cum concupiscentiis suis. Galat. 5. c. Quia peris omne, quod agitur, si non in humilitate custoditur. S. Greg.*

Erga Officium.

Exacta diligentia

Ob muneris dignitatem. a.

Reflexa experientia

Ob operationis facilitatem. b.

Invicta constantia

Ob coronationis necessitatem. c.

a. Juxta monitum Ecclesiastici c. 33. *In omni opere tuo pracellens esto. b. Quia juxta proverbium Experientia est optima Magistra rerum. c. Quia incassum bonum agitur, si ante terminum deseratur. S. Greg. l. 1. moral.*

Erga Executionem.

Pura intentio a.

Ad augendum meritum.

Studiofa operatio b.

Ad implendum officium.

Generosa resignatio c.

Ad tranquillandum animum.

a. Juxta consilium S. Pauli 1. Cor. 10. *Sive manducatis, sive bibitis, sive aliud quid facitis, omnia in gloriam DEI facite. b. Ut dicere possit suo modo cum David 1. Par. 29. Tuis viribus preparavi impensas domus DEI mei, seu actionem hanc vel illam; non enim homini preparatur, sed DEO. c. Quia DEVS est causa illius; quod quaris, contentus eris, quomodounque evenias. Thom. Kemp.*

Erga Incitamenta.

Crede DEI presentiam, a.

Quia summus Spectator est.

Spca

Spera promissam Gloriam,

Quia summum primum est. b.

Ama tui Victoriam,

Quia summum imperium est. c.

a. Quidni enim potiori jure dicat Sacerdos, quam Episcopus: *Hec ego non multis, sed tibi, satis enim magnum alteri theatrum sumus.* b. Juxta ipsius DEI testimonium *Ego ero merces tua magna nimis.* Gen. 15. c. Nam irrogare sibi maximum imperium est, ut jam olim Sapientes pronuntiârunt.

Erga Pericula.

Degusta vinum modicè

Ob vitandum scandalum. a.

Age cum Feminis Angelicè

Ob cavendum periculum. b.

Tracta pecuniam cautè

Ob fugiendum vitium. c.

a. Juxta S. Pauli consilium Timotheo c. 1. datum: *Ab dico vino utere propter stomachum tuum, & crebras egrotationes tuas.* b. Ita S. Cyprianus de lingul. Cleric. dum ait: *Sic agite, ut semper in Clericis Ecclesiæ Senatus candidus consistet. Severitas in vobis circa feminas vigeat, auctoritas patris vigor teneatur, gravitas veneretur.* c. Quia Damone gravius est pecuniarum cupiditas, teste S. Chrysostomo, Hom. 4. in c. 12. 30. *quâ multi magis persuasi sunt, quam Ethnicis Idolis, quibus non omnia parent, huic verò omnia, & quæcunque faciendum suggerit, obsequuntur.*

Erga Redditus.

Moderata procuratio

Secundum necessitatem. a.

Studiosa conservatio

Secundum aequitatem. b.

Recta dispensatio

Secundum pietatem. c.

a. Ita S. Paulus i. Tim. 6. *Habentes alimenta, & opus tegamur, his contenti simus.* b. *Quia patrimonialia pauperum sunt facultates Ecclesiarum,* teste S. Bernardo. c. Juxta

Iud. Luc. 17. *Quis putas est fidelis dispensator & prudens? & beatus ille servus, quem cum venerit Dominus, invenerit sic facientem.*

§. VI.

Observanda circa actiones quotidianas.

DE TEMPORE MATUTINO.

Surgè manè velociter

Suadente aq̄uitate. a.

Vestire clericaliter

Suadente honestate. b.

Offer preces hilariter

Suadente pietate. c.

a. Juxta monitum Ecclesiastici c. 32. *Hora surgendi no-
terices. b.* Ut ipso vestitu ostendat, se consilium S. Pauli
secutum: *Induimini Dominum nostrum IESVM Christum.*
Rom. 13. *c.* Ita Salomon Prov. 3. *Honora Dominum de
sua substantia, & de primitiis frugum tuarum, & abunda-
bunt horrea tua frumento, & vino torcularia redundabunt.*

De Meditatione.

Sit preparata optimè

Ad congruum affectum. a.

Sit absoluta integrè

Ad solidum profectum. b.

Sit ordinata practicè

Ad plurimum effectum. c.

a. Juxta illud Ecclesiastici c. 18. *Ante orationem prepa-
ra animam tuam, & noli esse quasi homo, qui tentat DEVM.*
b. Ut experiatur, quod David Psal. 38. dixit: *Concaluis cor
meum in ira me, & in meditatione mea exardescet ignis. c.*
Quia teste Cassiod. super Psal. 16. *Illius est perfecta oratio,
cum & causa clamat, & lingua, & actus, & vita.*

De Oratione vocali.

Sit humilis & reverens

Quoad corporis dispositionem. a.

Sit

Sit prudens atque diligens

Quoad mentis attentionem. b.

Sit ardens atque permanens

Quoad affectus intensionem. c.

a. Quia humilium & mansuetorum semper DEO placet deprecatio. Judith. c. 5. b. Quid enim potest strepitus labiorum, ubi cor est mutum? Neque enim verba deprecantis DEUS attendit, sed orantis cor aspicit. Ibid. de fumi. bono l. 3. c. 1. c. Nam virtutis pondus oratio non habet, quam nequaquam perseverantia continui amoris tenet. Veraciter orare est, non in compunctione gemitus, & non composita verbarum. S. Greg. in mor.

De Mensa.

Præmitte benedicite,

Vt pius agnoscaris. a.

Quod fumis, fume modicè,

Vt finem consequaris. b.

Perolve grates impigrè,

Vt sapius pascaris. c.

a. Quia mensa ab Oratione sumens initium. & in Orationem desinens nunquam deficiet, juxta S. Chrysoft. b. Ita Israhel. suadens c. 4. Cibus tuus, quo vesceris, eris in pondere. c. Juxta Moysis consilium Deut. 8. datum: Cum comederis & saturatus fueris, benedicas Domino DEO tuo.

De Recreatione.

Post mensam curas abjice,

Ne fixa mens gravetur. a.

Aptam quietem elige,

Ne corpus enervetur. b.

Honestam verba loquere,

Ne spiritus laxetur. c.

a. Nam sicut nimia frangit arcum intensio, ita neglecta animus enervat remissio, ut habet commune adagium. Si enim secundum corpus ut iumentum facti sumus apud DEUM, teste S. David Psal. 72. Quidni sua quoque iumento hinc ad reparandas vires vicissitudo ac quies concedatur? c. Sic enim fornax cito calorem perdit, si aperto ostio, frigida autem concedatur aditus, ita facile quoque devotionis evanescit spiritus, si ostium lingua per discussa colloquia laxetur. S. Bern.

De Conversatione.

Sit sancta conversatio,

Vt Clericus puteris. a.

Æqualis sit dilectio,

Vt nullum asperneris. b.

Sit efficax locutio,

Vt plurimos lucreris. c.

a. Nam quoties loqueris, toties scito, te morum tuorum chirographum aliis exhibere, juxta illud: loquere, ut videam te. Wido. b. Decet enim æqualem esse mensuram affectionis, ubi par est causa dilectionis. c. Quod fiet, si sermo ante, quam proferatur, librâ Iustitiæ examinetur, ut sit gravitas in sensu, in sermone pondus, & in verbis modus. S. Ambr. 1. offic. c. 2.

De Visitatione Aegrorum.

Hos visita velociter

Pro obligatione. a.

Alloquere suaviter

Pro consolatione. b.

Hortare efficaciter

Pro confortatione. c.

a. Ad exemplum Christi dicentis: Veniam, & curabo eum. Matth. 8. b. Quia qui dulcis est eloquio, commendatorem reddit doctrinam. Favus mellis verba composita. Prov. 16. c. Ut medicinam, quam corpori ægro afferre non potest, suppleat per animum salubriter confortatum.

De Cura Moribundorum.

Fac, ut discedant liberè

Post facta testamenta. a.

Ut disponantur optimè

Per sumpta Sacramenta. b.

Ut muniantur validè

Ad Hostis testamentum. c.

a. Juxta Isaïæ c. 38. monitum: Dispone domui tuae, quia mortuus es tu, & non vives. b. Juxta Christi consilium Matth. 5. Esto consentiens Adversario tuo citò, dum es in itinere. Instru. IV.

S

6177

sum eo; ne forte tradat te Adversarius Iudici, & Iudex tradat te Ministro, & in carcerem mittaris. Et juxta monitum Evangelii Eliæ 3. Reg. 19. datum: Surge, & comede; magna tibi restat via. c. Quia Adversarius noster Diabolus tempore maximè circumit tanquam Leo rugiens, quærens quem devoret.

De Visitatione Captivorum.

Amica consolatio

Ne animo languescant. a.

Honestæ occupatio,

Ne otio torpescant. b.

Zelosa adhortatio,

Ne merito decrescant. c.

a. Hoc est, quod Salomon Prov. 31. monuit dicens: *Date siceram* (consolationis) *mœrentibus*, & *vivum* (confortationis) *his, qui amaro sunt animo: bibant*, & *liviscantur egestatis suæ, & doloris sui non recordentur*. b. In carcere enim vel maximè multam malitiam docuit, uti multiplici experientia compertum est. c. *Propter enim perditio hæc tanti temporis, & tam præclaræ occasio merita augendi?*

De Confessione audienda.

Exacta audientia

De peccatis admissis. a.

Severa reticentia

De secretis commissis. b.

Discreta pœnitentia

De delictis remissis. c.

a. Quia nescit justitiam observare sententia, qui non videt Perfectam habere notitiam causæ. b. Juxta illud Ecclesiastici c. 20. *Audisti verbum adversus proximum tuum (Pœnitentis contra seipsum) commoriatur in te, si tibi notitiam non te dirumpet.* c. Hic enim vel maximè imitari debet illud Christi: *Venite ad me omnes, qui laboratis, & onerati estis. Tollite iugum meum super vos. Iugum enim meum suave est, & onus meum leve.* Matth. 11.

De Sacramenti Eucharistiæ ministratio.

Honestaservatio,

Vi semper habeatur. a.

Zelosa exhortatio,

Vi sepius sumatur. b.

Fidelis distributio,

Vi lex adimpleatur. c.

a. Cum delicia Christi sint, esse cum Filiis Hominum. Prov. 8. & Pastores sint illorum Discipulorum loco, quibus dictum est: *Euntes, parate nobis Pascha.* Luc. 22. b. Nam Pastoribus perinde, ut olim seruo convenit Mandatum illud Luc. 14. *Exi eisdem in plateas & vicos civitatis, & pauperes, ac debiles, & tectos, & claudos introduc huc.* c. Juxta monitum Christi: *Nolite Sanctum dare canibus, neque mittatis Margaritas vestras ante porcos, ne forte conculcent eas pedibus suis.*

De Concione.

Apposita sit. a. & solida. b.

Quoad materia inventionem.

Excocta bene. c. & fervida

Quoad forma dispositionem. d.

Decore multo prædita

Quoad ipsam elocutionem. e.

a. Ne dum parvis sublimia, & non profutura prædicat, se magis curet ostendere, quam Auditoribus prodesse. S. Creg. b. Ut jure usurpare possit illa verba: *Audi Fili verba mea, verba suavissima, & omnem Philosophorum & Sapientium locutus mundi scientiam excedentia. Verba mea Spiritus & Vita sunt.* Thom. Kemp. l. 3. c. 3. c. Alioqui qui ascendit sine labore, descendet sine honore. d. Non enim sectari debet lenocinia Rhetorum, sed veritates Piscatorum. Sermo meus (debet dicere posse cum S. Paulo 1. Cor. 2.) & prædicatio mea non in persuasibilibus humana sapientia verbis, sed in ostensione Spiritus & virtutis. e. Quia quod patinæ cibo, hoc elocutio Verbo DEI præstat; alterutrum horum fastiditur, si illorum alterutrum fordescat.

De Catechesi.

Hanc magni semper æstima,
Vt par est æstimari. a.
 Crebro tuis deprædica,
Vt par est commendari. b.
 Summa cum cura explica,
Vt par est observari. c.

*a. Quia Adolescens iuxta viam suam (à Catechista edoc-
 tam) etiam cum senuerit, non recedet ab ea. Prov. 22. At
 surpans illud Christi: Sinite parvulos venire ad me, & non
 prohibueritis eos. Marc. 10. c. Ne justè audiat querelam
 lam: Parvuli petunt panem, & non est, qui frangat
 Thren. 4.*

De Somno.

Somni quietem excipe
Vt brevè moriturus. a.
 Arcana mentis discute
Vt Iudicem passurus. b.
 DEI favores recole
Vt plures percepturus. c.

*a. Juxta illud Luc. 12. Hæc nocte animam tuam
 tent à te, & qua parasti, cuius erunt? b. Si enim nos
 ipsos diiudicavimus, non utique iudicavimus. 1. Cor. 11.
 Nam ingiter sibi subvenire facit, cui collatum benedictum
 oculos semper assistit. Cassiodor. super Psal. Quoniam
 Quod non intelligis, dum legis, cognosces in die
 Visitationis. Thom. Kem.*

b. 3. c. 3.





I N D E X
M A T E R I A R U M
P A R S I.

De Doctrinis circa propriam Personam
à Pastore observandis.

C A P V T P R I M V M.
De Fine Pastoris.

- §. I. De Pastore in genere. Fol. 1.
- §. II. De qualitatibus extrinsecis ad Pastorem requisitis. fol. 5.
 - Membrum I. De *Vocatione*. fol. 6.
 - Membrum II. De *Institutione*. fol. 7.
 - Membrum III. De *Auctoritate*. fol. 8.
- §. III. De qualitatibus intrinsecis Pastoris. fol. 10.
 - Membrum I. De *Sanctitate*. fol. 11.
 - Membrum II. De *Prudentia*. fol. 12.
 - Membrum III. De *scientia*. fol. 16.
 - Membrum IV. De *Scientia Caremoniali*. fol. 19.
 - Membrum V. De *Scientia Theologica*. fol. 21.
 - Membrum VI. De *Scientia Ascetica*. fol. 24.
 - Membrum VII. De *Scientia Iuris Canonici*. fol. 26.
- §. IV. De Conditionibus prærequisitis ad Pastorem. fol. 27.
 - Membrum I. De *Ætate*. Ibid.
 - Membrum II. De *Ordine*. fol. 28.
 - Membrum III. De *Professione Fidei*. fol. 30.
- §. V. De Prærequisitis ad executionem muneris Pastoralis. f. 32.
 - Membrum I. De *pura Intentione*. Ibid.
 - Membrum II. De *studiosa operatione*. fol. 37.
 - Membrum III. De *generosa resignatione*. fol. 38.

C A P V T II.

De Mediis à Pastore adhibendis.

- §. I. De Mediis Spiritualibus. fol. 39.
- §. II. De Mediis Corporalibus. fol. 43.

- Membrum I. De Victu.* fol. 43.
Membrum II. De Amictu. fol. 46.
Membrum III. De Habitatione. fol. 48.
 §. III. De Redditibus Pastoris. fol. 49.
Membrum I. De Decimis. Ibid.
Membrum II. De Primitiis. fol. 54.
Membrum III. De Oblationibus. fol. 55.
Membrum IV. De Stipendio. fol. 57.
Membrum V. De Negotiatione. fol. 61.
Membrum VI. De Censibus, Hereditatibus, & Donationibus. fol. 63.
 §. IV. De Recreationibus Pastoris. fol. 65.
 §. V. De Incitamentis Pastoris. fol. 67.
 §. VI. De Periculis à Pastore fugiendis. fol. 70.
 §. VII. De Industriis à Pastore adhibendis. fol. 74.

P A R S S E C U N D A.

De Doctrinis circa alios à Pastore observandis. fol. 76.

C A P V T I.

De Doctrinis erga Cælestes observandis. Ibid.

- §. I. De Cultu communi Cælitum. Ibid.
Membrum I. De Ecclesiis. fol. 77.
Membrum II. De SS. Missæ Sacrificio. fol. 83.
Membrum III. De Officio divino. fol. 89.
Membrum IV. De Comprecationibus. fol. 92.
Membrum V. De Processionibus. fol. 94.
Membrum VI. De Festis. fol. 96.
Membrum VII. De Profestis, seu Vigiliis & Ieiuniis. fol. 100.
Membrum VIII. De Reliquiis Sanctorum. fol. 102.
Membrum IX. De Imaginibus. fol. 102.
Membrum X. De Cantu & Cæremoniis. fol. 103.
 §. II. De Cultu particulari Cælitum. fol. 104.
Membrum I. De Cultu Christi Salvatoris. Ibid.
Membrum II. De Cultu SS. Cali Reginae. fol. 106.
Membrum III. De Cultu reliquorum Cælitum. fol. 109.

C A P V T II.

De Doctrinis erga Terrestres observandis. fol. 111.

- §. I. Quomodo Pastor erga Superiores gerere se debeat.

- Membrum I. *Quid erga Ecclesiam observandum?* fol. 111.
 Membrum II. *Quid erga Superiores Ecclesiasticos sit observandum?* fol. 113.
 Membrum III. *Quid erga Magnates observare debeat Pastor?* fol. 117.
 §. II. *Quomodo erga æquales se gerere debeat Pastor?* f. 118.
 Membrum I. *Observanda erga Religiosos.* fol. eod.
 Membrum II. *Observanda erga alios Sacerdotes.* fol. 120.
 Membrum III. *Observanda erga Benefactores.* fol. 123.
 Membrum IV. *Observanda erga Inimicos.* fol. 124.
 Membrum V. *Observanda erga Hospites.* fol. 127.
 Membrum VI. *Observanda erga Hæreticos.* fol. 131.
 §. III. *Quomodo Pastor erga Inferiores se gerere debeat?* f. 134
 Membrum I. *De Obligationibus communibus Pastorū?* Ibid.
 Membrum II. *De Obligatione administrandi Sacramenta in genere.* Ibid.
 Membrum III. *De Obligatione Sacramentum Pœnitentiæ administrandi.* fol. 139.
 Membrum IV. *De Obligatione Sacramentum Eucharistiæ administrandi.* fol. 153.
 Membrum V. *De Obligatione Sacramentalia administrandi.* fol. 160.
 Membrum VI. *De Obligatione prædicandi.* fol. eod. & seq.
 Membrum VII. *De Obligatione dirigendi & instituendi Fratritates.* fol. 166.
 Membrum VIII. *De Obligatione conversandi.* fol. 169.
 Membrum IX. *De Obligatione residendi.* fol. 172.
 Membrum X. *De ijs, quæ erga Magistratum observare debet.* fol. 173.
 Membrum XI. *De ijs, quæ erga Communitatem sunt observanda.* Ibid.
 Membrum XII. *De ijs, quæ erga Infantes sunt observanda.* fol. 174.
 Membrum XIII. *De ijs, quæ erga Iuventutem observanda sunt.* fol. 181.
 Membrum XIV. *De ijs, quæ erga Famulos & Ancillas observanda sunt.* fol. 188.
 Membrum XV. *De ijs, quæ erga Sponsos observanda sunt.* fol. 190.

Compendium doctrinarum ad lineas cognationum pertinentium. fol. 197.

PARS I.

De Consanguinitate.

- Titulus I. De Nominibus Consanguinitatis. fol. 198.
 Tit. II. Regulæ pro linea Consanguinitatis. fol. 199.
 Tit. III. Lineæ Consanguinitatis. fol. 200.
 Tit. IV. Linea recta. Ibid.
 Tit. V. Linea collateralis æqualis. fol. 207.
 Tit. VI. Linea collateralis inæqualis prima ratione Patris. Ibid.
 Tit. VII. Linea inæqualis secunda ratione Matris. fol. 208.
 Tit. VIII. Linea inæqualis tertia ratione Fratris & Sororis. fol. 201.

PARS II.

De Affinitate.

- §. I. De definitione & divisione illius. fol. 202.
 §. II. Nomina Affinitatis. fol. 203.
 §. III. Effectus Affinitatis. Ibid.
 §. IV. Regulæ pro computatione graduum Affinitatis. Ibid.
 §. V. Linea recta Affinium Mariti. fol. cod.
 §. VI. Linea transversa Affinitatis ratione Fratris & Sororis. fol. 205.
 §. VII. Linea transversa Affinitatis ratione Consobrinorum Patruelium &c. Ibid.
 §. VIII. Linea transversa Affinitatis ratione Consanguineorum Paternorum in linea inæquali. fol. 205.
 §. IX. Linea transversa ratione Consanguineorum Maternorum. fol. 206.
 §. X. Linea Affinitatis in secundo genere. Ibid.

PARS III.

De Cognatione spirituali.

- §. I. Definitio & effectus. 207.
 §. II. Linea Cognationis spiritualis ex Baptismo. Ibid.

§. III. Linea Cognationis spiritualis ex Confirmatione orta, *ibid.*

P A R S I V.

De Cognatione Legali.

§. I. Definitio & Divisio. 207.

§. II. Cognationis legalis effectus. 208.

§. III. Linea legalis Paternitatis. 209.

§. IV. Linea legalis Fraternitatis. *Ibid.*

§. V. Linea legalis Affinitatis. *Ibid.*

P A R S V.

De Computatione civili graduum.

§. I. Quomodo Jus Civile arborem Consanguinitatis constituat. 210.

§. II. Quis sit effectus hujus computationis. *Ibid.*

§. III. Quomodo gradus Affinitatis computet Jus civile. *Ibid.*

§. IV. Quod discrimen inter Agnatos & Cognatos faciat Jus civile. *Ibid.*

Membrum XVI. De Observandis erga Coniugatos. 211.

Membrum XVII. De Observandis erga Mulieres in genere. fol. 214.

Membrum XVIII. De Observandis erga Captivos. 221.

Membrum XIX. De Observandis erga Damptos ad mortem. 223.

Membrum XX. De Observandis erga Infirmos. 228.

Membrum XXI. De Observandis erga Moribundos. 230.

Membrum XXII. De Observandis tempore Pestis. 241.

Membrum XXIII. De Observandis erga Defunctos. 242.

Membrum XXIV. De Observandis erga Domesticos. 243.

M E M O R I A L E

Pastoris boni munus brevi facillique methodo comprehendens. fol. 251.

§. I. De fine & Instrumentis Pastoris. 252.

§. II. Observanda erga superiores Personas. 253.

§. III. Observanda erga Aequales. 256.

§. IV. Observanda erga Inferiores. 262.

§. V. Observanda erga seipsum. 263.

§. VI. Observanda circa actiones quotidianas. 267.

I N D E X

Rerum potiorum in hoc libello
contentarum.

A.

- Ætas requisita ad Pastorem Animarum. Fol. 27.
 Affinitatis definitio & divisio. 202. Nomina. 103. Effectus
 ibid. Regula. 204. Lineæ. ibid.
 Agnati à Cognatis quomodo differant. 110.
 Amictus Pastoris qualis esse debeat. 46.
 Annotatio cur Pastori necessaria. 18. quomodo peragenda
 ibid.
 Avaritia cur & quomodo à Pastore fugienda. 72.
 Auctoritatis definitio. 8. Ejus necessitas. 9. quomodo con-
 paranda. 10.

B.

- Baptismus quomodo administrandus. fol. 175. Dubia
 ralia. 177.
 Benefactores quomodo tractandi à Pastore. 123.
 Bibliotheca qualis à Pastore instruenda. 18.

C.

- Cælitum Cultus qualis à Pastore requiratur. 109.
 Cæremonia quomodo & cur observandæ. 103.
 Cantus quomodo peragendus. 103.
 Captivi quomodo à Pastore tractandi. 221.
 Catechismus quomodo habendus. 186.
 Census an licitè exigantur à Pastore. 63.
 Christus cur & quomodo colendus à Pastore. 104.
 Coadjutor quid sit. 4.
 Cognationis legalis definitio, divisio. 207. Effectus. 207.
 Lineæ. 209.
 Cognationis spiritualis definitio, effectus, lineæ. 207.
 Communio Paschalis quomodo à Parochianis exigenda. 117.
 Communio crebra quomodo inducenda. 157.
 Communitas quomodo à Pastore tractanda. 173.
 Comprecationes cur & quomodo instituendæ. 93.

Conciones quomodo instituendæ. 160. Dubia moralia. 165.
Conditiones requisitæ ad Pastorem. 27.
Confessiones quomodo excipiendæ. 139. Dubia moralia. 143.
Confirmationis Sacramentum quomodo ministrandum. 188.
Confraternitates quomodo instituendæ & dirigendæ. 166.
Dubia moralia. 168.
Conjugatis quid suadendum à Pastore. 211.
Consanguinitatis nomina. 198. Regulæ. 199. Lineæ. 200.
& seq.
Conversatio quomodo instituenda. 169. quo tempore. 171.
Convivia an & quomodo à Pastore frequentanda. 44.
Cooperator quid sit. 4.

D.

Damnati ad mortem quomodo tractandi. fol. 223. Dubia
moralia. 225.
Decimæ quomodo à Pastore colligendæ. 57.
Defunctis à Pastore quid præstandum. 243.
Domestici quomodo tractandi à Pastore. 249.
Donationes Pastori an licitæ. 63.
Denuntiationes Matrimoniales quomodo faciendæ. 192.

E.

Ecclesia Catholica quomodo honoranda à Pastore. fol. 111.
Ecclesiæ materialis cura qualis Pastori incumbat. 77. Dubia
moralia. 81.
Eucharistiæ Sacramentum quomodo ministrandum. 153.
Executio Muneris Pastoralis quid requirat. 32.

F.

Emulis quid suadendum à Pastore. 189.
Festa quomodo denuncianda & servanda. 96. Dubia mora-
lia. *ibid.*
Fidei Professio quando à Pastore facienda. 30.
Finis Pastoris. 252.

G.

Gradus Matrimonij quomodo à Jure Civili computentur.
fol. 210.

Habi-

H.

- Habitatio Pastoris qualis esse debeat. 48.
 Hæreditas qualiter acceptanda à Pastore. 63.
 Hæretici quomodo tractandi à Pastore. 131.
 Hospitibus quid Pastor debeat. 127.
 Humilitas cur Pastori necessaria. 43.

I.

- Imaginum Cultus quomodo promovendus. fol. 102.
 Incitamenta Pastoris ad munus ritè obeundum. 67.
 Indulgentiæ quomodo applicandæ. 146. Dubia moralia.
 ibid.
 Industriæ quales à Pastore adhibendæ. 74.
 Infantibus quid debeat Pastor. 174.
 Infirmi quomodo tractandi à Pastore. 228.
 Inimici cur & quomodo amandi. 125.
 Institutio Pastoris quid sit. 7. Ejus effectus. 8.
 Instrumenta Pastoris. 252.
 Intentio qualis à Pastore habenda. 32.
 Jubilæum quomodo promulgandum à Pastore. 148. Eju
 virtute quid possit. 152. Dubia moralia de eodem. 148.
 Juventuti quid debeat Pastor. 181.

L.

- Luxuria cur & quomodo à Pastore fugienda. fol. 71.

M.

- Magnates quomodo colendi à Pastore. fol. 117.
 Matrimonio quomodo Pastor assistere debeat. 195.
 Magistratui quid Pastor debeat. 173.
 Media corporalia à Pastore adhibenda. 43.
 Media spiritualia à Pastore adhibenda. 39.
 Memoriale boni Pastoris. 251.
 Mortificatio Pastori cur necessaria. 41.
 Moribundis quid Pastor præstare debeat. 230. Dubia mora
 lia. 232.
 Mulierum familiaritas an & quantum à Pastore permit
 tenda. 114.

N.

Negotiatio quid sit. 61. An concessa Pastori. *ibid.* Dubia moralia. 62.

O.

Oblationes quid sint, & quotuplices. 51. Quæ sit obligatio dandi. *ibid.* Ad quem pertineant. *ibid.* Dubia moralia. fol. 56.

Officium divinum quomodo dicendum. 89. Dubia moralia. 90.

Operatio Pastoris qualis esse debeat. 37.

Orationis Studium cur Pastori necessarium. 40.

Ordo qualis ad Pastorem requiratur. 28. Dubia moralia. *ib.*

Otium cur & quomodo à Pastore fugiendum. 70.

P.

Parochus quid sit. Fol. 3.

Pastor animarum quid sit. 1. Ejus qualitates extrinsecæ. 5.

Intrinsecæ. 10. Quot sint Pastores. 2.

Pericula quæ à Pastore fugienda. 70.

Pestis tempore quæ observanda. 241.

Penitentia Sacramentalis quomodo imponenda. 140.

Primitiæ quid sint. 54. Dubia moralia *ibid.*

Processiones quando & quomodo instituendæ. 94.

Prudentia Pastoris in quo consistat. 12. Regulæ ejusdem. 13.

Necessitas. 14. Media *ibid.* Dictamina. 15.

R.

Recreatio Pastori qualis suscipienda. 60. Dubia moralia. 66.

Redditus Pastoris quales. 49.

Religiosos erga quomodo se gerere debeat Pastor. 118. Dubia moralia. 119.

Residentia ad quid obliget. 172. Pœnæ neglectæ Residentiæ. 174. Dubia moralia. 175.

Resignatio Pastori qualis necessaria. 38.

S.

Sacerdotibus aliis quid debeat Pastor. fol. 120.

Sacra-

- Sacramenta quomodo ministranda. 134. Dubia moralia. 136.
 Sacramentalia quid sint. 160. Quomodo commendanda. ibid.
 Quâ cautelâ usurpandâ. ibid.
 Sacrificium Missæ quomodo offerendum. 83. Dubia moralia. 84.
 Sanctitas in quo consistat. 11. Ejus necessitas. ibid. Quomodo comparanda. ibid.
 Scholæ quomodo instituendæ. 185.
 Scientia qualis Pastori necessaria. 16. Cur. ibid. Quibus mediis comparanda. 17.
 Scientia Ascetica quid sit. 24. Quomodo discenda. ibid. Quibus mediis. 25.
 Scientia Cæremonialis quas partes involvat. 19.
 Scientia Juris Canonici cur necessaria Pastori, & quomodo addiscenda. 26.
 Sepultura quomodo peragenda. 244. Dubia moralia. 248.
 Sobrietas Pastori cur necessaria. 43.
 Sponsalia quid requirant à Pastore. 191.
 Sponsis quid suadendum. 190.
 Stipendium quod, & quomodo exigendum à Pastore. 57. Dubia moralia. 58.
 Superiores Ecclesiastici quomodo honorandi. 113.

T.

- Theologia controversa quomodo addiscenda. fol. 23.
 Theologia moralis quomodo discenda. 22.
 Theologia positiva quomodo discenda. 23.
 Theologia Scholastica quomodo discenda. 22.


V.

- Viaticum sacrum quibus & quando porrigendum. fol. 236.
 Vicarius quid sit. 3.
 Victus Pastoris qualis esse debeat. 43.
 Vigilia quomodo observandæ. 99. Dubia moralia. ibid.
 Unctio extrema quibus & quomodo ministranda. 237.
 Virgo beatissima quomodo colenda. 106.
 Vocatio quid sit. 6. Ex quibus indiciis colligenda. ibid.
 Votorum commutatio quomodo facienda. 152.


Ad majorem DEI Gloriam.

Pag. 240. lin. 12. lege post illam.

alia. 136
anda. ib.
ia mor-
d. Quo-
Quib-
id. Qui-
quomodo
a. 248.
rore. 57.
3.
ol. 255.
t. ibid.
37.
ibid.




77
71
60
61
1
54
81















Th
2562